ANIMADVERSIONES IN ORATORES ATTICOS.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

RITE IMPETRANDOS

VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS

IDIBVS MARTIIS A. CIƆIƆCCCLXXVII HORA XII

PVBLICE DEFENDET SCRIPTOR

Karl w

CAROLVS FVHR

SCHAVENBVRGENSIS.

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT

MAXIMILIANVS OPPERMANN.
IVLIVS ASBACH.
FRIDERICVS SEITZ.

BONNAE

TYPIS CAROLI GEORGI, VNIV. TYPOGR.

1877.

Dr. M. H. Morgan.

John H. Wheeler
March. 1879.
2 gr.

FRANCISCO BVECHELERO

HERMANNO VSENERO

S.

Caput I.

De Andocidea de pace oratione quaestio chronologica.

Quo belli Corinthii anno nonnullae res gestae sint, quod certo definire non possumus, magna ex parte in eo positum est, quod Xenophon bellum non secundum annorum seriem describit, sed quae terra, quae mari gesta sunt seorsum persequitur neque unquam quo anno quid factum sit addit. Ita non mirum, quod viri docti alii alia statuerunt: initium quidem belli alteri olymp. 96 anno tribuendum esse omnes consentiunt neque minus Lysandrum cladem Haliartiam eiusdem anni autumno accepisse. Secuntur alterius anni pugnae, Corinthia [1]) Cnidia Coronensis, quae ad Iulium et Augustum a. 394 menses vel ad exeuntem ol. 96 annum alterum et ineuntem tertium viri docti rettulerunt, cf. Fr. Kirchner de Andocidea quae fertur tertia oratione (Berol. 1861) p. 7. 19. Curt. hist. Graec. 3^3, 764. Sed quod pugnam Corinthiam Diophanto archonte factam esse ex Aristidis verbis II, 370 Dind. τῆς ἐν Κορίνθῳ μάχης καὶ τῆς ἐν Λεχαίῳ μέσος ἄρχων Εὐβουλίδης et Diod. 14, 83 conlegerunt, postquam titulus funebris, qui 540 est in Kumanudis conlectione, innotuit

---

1) nam pugnam Oenoensem (Paus. 1, 15, 1. 10, 10, 4) hoc anno commissam esse V. Koehler (cf. Herm. v. 5, 5 sq.) mihi non persuasit, de quare fortasse alias dicam. Probavit Koehleri coniecturam Ernestus Curtius hist. Grae.[3] 3, 768 n. 101 (cf. p. 179) sed quae in editione altera Kirchhoffium secutus de pugna scripserat (p. 192. 765 n. 109) delere oblitus est.

Δεξίλεως Λυσανίο Θορίκιος
ἐγένετο ἐπὶ Τεισάνδρο ἄρχοντος,
ἀπέθανε ἐπ' Εὐβολίδο
ἐγ Κορίνθῳ τῶν πέντε ἱππέων

stare nunciam non potest [1]). Cum Eubulides magistratum iniisset a. d. XVII. kal. Sext. (cf. Boeckh de cycl. lunar. p. 27) post hunc diem pugna commissa est, sed non multo post, quia Agesilaum Amphipoli de pugna certiorem factum esse Xenophon hist. Gr. 4, 3, 1 auctor est.

Cladem Cnidiam Lacedaemonios Eubulide archonte accepisse inter omnes constat, quamquam Diodorus 14, 83 pugnam Diophanto archonte factam esse refert [2]).

Pugnae Coronensis dies solis defectu qui a Xenophonte commemoratur definitus est.

De rebus proximis annis gestis nihil certi traditum est; sequitur cruenta illa optimatium trucidatio Corinthi Eucliis facta, quam cum Grotio, postquam Kirchner l. l. p. 9 sq. Euclia Februario mense celebrata esse demonstravit, a. 392 tribuendam esse persuasum habeo [3]).

---

1) nam Dexileum si quis apud Corinthum volneratum postea Athenis eum mortuum esse dixerit, Phormione et Diophanto archontibus *περίπολον* fuisse meminerit, qui ut intra Atticae fines militiam faceret lege sanctum erat, de quo me G. Loeschckius monuit. Quid sibi velit *τῶν πέντε ἱππέων* nescimus, nam quinque equites in pugna cecidisse opinari prohibemur titulo, qui est apud Kumanud. 13, cf. V. Koehler in actis academ. Berol. a. 1870 ed. p. 273.

2) Quae apud Lys. 19, 28 leguntur verba *ἐγένετο δὲ* (*δ' ἡ* Reiskius) *ναυμαχία ἐπ' Εὐβούλου ἄρχοντος* cum Westermanno quaest. Lys. II (Lips. 1864) p. 13 interpolata censenda sunt. — Simile emblema iam pridem a Bekkero et Schoemanno abiectum Scheibium reduxisse miror apud Isae. 6, 14 *τῇ μὲν γὰρ στρατιᾷ ἀφ' οὗ ἐξέπλευσεν εἰς Σικελίαν ἤδη ἐστὶ δύο καὶ πεντήκοντα ἔτη, ἀπὸ Ἀριμνήστου ἄρχοντος*, ubi verba, quae nuper W. Goetzio in Fleck. annal. suppl. 8, 517 fraudem fecerunt, *ἀπὸ Ἀριμνήστου ἄρχοντος* om. optimus liber *A*, in marg. ponit *B*, quibus codicibus quin plus quam ceteris fidei habendum sit nemo opinor dubitat.

3) Grotium et Kirchnerum, quos recte sequitur Curtius, Brei-

Eodem quo caedes facta sit anno Corinthios cum Lacedaemoniis coniunctos intra muros longos victoriam consecutos esse nemo negat, deinde anno proximo (391) Agesilaum in expeditione Isthmiaca una cum Teleutia fratre Lechaeum expugnavisse Grotius eumque secutus Kirchner contendunt, deinde a. 391 autumno Athenienses pacem inire cupiisse legatosque Lacedaemonem misisse. Quod cum Curtio probatum sit, nuper Fr. Blassius in hist. eloq. Att. I, 282, 663 et in edit. And. p. XVII legationem a. 390 aestate missam esse demonstrare studuit, quod Curtius ne commemorat quidem, probaverunt G. M. Yden in dissertatione „Andocidis de pace oratio lat. reddita" Upsaliae a. 1872 edita et R. C. Iebb in hist. eloq. Att. I, 83 (Oxonii 1876). Ita quia viri docti dissentiunt rem denuo tractare non inutile visum mihi est [1]).

Proficiscor ab oratione Andocidea [2]), ex qua quo tempore habita sit ut eruamus haec praecipue tenenda sunt: Lacedaemonii ter vicerunt, primum apud Corinthum, deinde apud Coroneam, tertium, cum Lechaeum caperent, universum Argivorum et Corinthiorum exercitum superaverunt, Atheniensium et Boeotorum quot aderant (*τρίτον δ' ἡνίκα Λέχαιον ἔλαβον Ἀργείους μὲν ἅπαντας καὶ Κορινθίους, ἡμῶν δὲ καὶ Βοιωτῶν τοὺς παρόντας* §. 18) ipsi excepta clade Cnidia (22) ne semel quidem rem infeliciter gesserunt (§. 19) [3]); adeo Boeoti, qui ut Orchomenum retinerent belli

tenbachius (cf. edit. Xenoph. hist. Graec. (Berol. 1874) II, LXXXII) plane ignorare videtur.

1) quia Kirchner l. l. post Grotium totam quaestionem accuratissime et copiosissime tractavit, hunc praecipue sequor, nam de W. Frenzeli dissertatione (de Andocidis de pace oratione Regiom. 1866) cum nihil quantum video novi attulerit, nihil dico nisi hoc, eum Grotium Kirchnerumque ne nominasse quidem.

2) quae quin genuina sit post Kirchneri dissertationem dubitari non poterit.

3) *εἰ μίαν μόνον μάχην ἡττήθησαν*, nam codicis Vratislaviensis a Bekkero *Z* littera insigniti *εἰ μὴ μίαν μόνην μάχην* lectionem

initium fecerant, postquam multis occisis magnaque Boeotiae parte vastata frustra quattuor annos pugnatum est de Orchomeni possessione decedere parati iam in ipsa pace confirmanda versantur (20). Soli Argivi ut Corinthum retineant communi omnium paci obsistunt, sed ipsi a sociis seiuncti cum Lacedaemoniis privatim pacem fecerunt (27).

Haec fere apud Andocidem legimus et haec ut recte quo tempore oratio habita sit definiamus semper teneamus necesse est. Quattuor Boeoti annos bellum gesserunt; quod cum coeptum sit a. 395, hieme a. 392/391 quartus agebatur annus: paulum abfuit quin dicerem iam quartum peractum fuisse annum, nam quartum praeterierat θέρος, aestates autem in Graecorum bellis solas numerandas esse ex usu Thucydideo constat. Quod cum ita sit, nisi quid aliud obstabit causa non erit cur post hoc tempus orationem habitam esse putemus. Nam omnium Graecorum Boeotos molestias maximas subiisse, hoc ut Atheniensibus persuadeat, Andocidis plurimum interesse quis est quem fugiat? Nam quo maiores labores subierant, si victoriae esset ulla spes bellum composituros eos esse eo veri dissimilius erat, et si qui belli initium fecerant eidem post gravissimos labores infecta re pacem icere parati erant, Athenienses quos non parvum ex pace fructum percepturos esse manifestum erat quanto paratiores esse debebant. Quod cum ita sit, tune credas Andocidem a. 391 autumno hiemeve bellum quadriennio gestum esse dixisse, quo tempore iam quintus agebatur annus? nam annus coeptus semper fere pro pleno a Graecis numeratur. Conferas velim Lys. 19, 28, ubi orator quamquam ut temporis spatium, quo Nicophemus celeriter rem familiarem augere potuerat, quam minimum esse videretur omni ratione agere debebat, inter pugnam Cni-

---

quam veram esse Kirchner p. 34 censet, ut codicem multis locis interpolatum esse omittam, propter μόνην voculam nullo pacto tolerari posse omnes opinor facile concedent.

diam (394) et expeditionem Cypriam (390)[1]) quattuor vel quinque annos interpositos esse dicit. Kirchneri igitur interrogationem, quae p. 27 legitur: „an uno anno addito putas belli mala in Boeotos redundantia multo atrociora et intolerabiliora auditores eius in contione sibi finxisse quam non addito"? cum nulla probabilis causa cur orator minorem praetulerit numerum inveniri possit, nihili esse apparet[2]). Id contra quod Krueger voluit oratorem a. 393 rhetorica superlatione usum quattuor bellum annis geri dicere potuisse recte negat; sed semper duorum numerandi modorum ut res postulet modo alterum, modo alterum adhibere oratores tenendum est[3]). Oratio igitur ut hieme 392/391 habita sit fieri posse concedendum mihi esse puto[4]).

At hoc tempore Andocides de pace legatus mitti non potuit, si quidem rerum seriem a Grotio constitutam cum Kirchnero et Curtio sequimur. Nam ut supra commemoravi, viri docti non cum intra muros Praxita duce pugnaretur (a. 392), sed cum Agesilaus expeditionem Isthmiam faceret Lechaeum captum esse demonstrare studuerunt. Hac de re agit Kirchner p. 22 sqq.: „sub Agesilao et Teleutia Lechaeum expugnatum esse qui simplici ac sobrio iudicio Xeno-

---

1) nam alteram expeditionem significari Bakius Franckenius Blassius falso opinati sunt, cf. Frohberger Lys. orat. select. 3, 90 n. 45.

2) Aristophanis versus qui leguntur pac. 989 *οἳ σου τρυχόμεθ' ἤδη τρία καὶ δέκα ἔτη* contulisse non inutile erit; fabula a. 421 vere acta est, belli initium a. 431 fuisse nos discimus (cf. Thuc. 5, 25 *δεκαετὴς πόλεμος*), sed poeta ut numerus augeretur ab a. 433 quo anno foedus inter Athenienses et Corcyraeos ictum est numerasse videtur.

3) ut oratorum usus illustretur Lycurgum in Leocr. 21 reum *πλείω ἢ πέντε ἔτη*, 56 *πέντε* 58 *ἕξ* Megaris habitasse dicere commemoro.

4) *τέτταρα* igitur *ἔτη* idem mihi valere videtur quod *τέταρτον τουτὶ ἔτος*, quod multo saepius reperitur; sed cum plerumque (cf. e. c. And. 1, 132. Isae. 6, 14) ex his numeris incognitum rei quae commemoratur initium exitusve computandus sit, certius quid dici vix poterit.

phontis historiam perlecturus sit, verum esse eum sibi persuasurum. Nam ex verbis 4, 4, 19 *παρεγένετο δὲ αὐτῷ καὶ ὁ ἀδελφὸς Τελευτίας κατὰ θάλατταν ἔχων τριήρεις περὶ δώδεκα, ὥστε μακαρίζεσθαι αὐτῶν τὴν μητέρα ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὧν ἔτεκεν ὁ μὲν κατὰ γῆν τὰ τείχη τῶν πολεμίων, ὁ δὲ κατὰ θάλατταν τὰς ναῦς καὶ τὰ νεώρια ᾕρηκεν* apparere si Lechaeum iam antea expugnatum esset a Praxita non potuisse Teleutiam *κατὰ θάλατταν τὰς ναῦς καὶ τὰ νεώρια*, Lechaei nimirum capere. Nam hunc portum si iam antea tenuissent Lacedaemonii, nonne tunc naves ibi ac navalia in eorum fuissent potestate?"

Atque haec Kirchner, sed virum doctum verbis illis acute dictis nimium tribuere persuasum habeo; nam si in illa expeditione Lechaeum captum esset, tune Xenophontem hoc planis verbis dicere neglecturum fuisse putas? ex silentio enim scriptoris, quamquam anceps semper esse concedo, quin concludamus saepe facere non possumus. Certius utique est Agesilai qui Xenophontis fertur [1]) verbis niti quae leguntur 2, 17 *αἱρεῖ τὰ ἐπὶ τὸ Λέχαιον τείνοντα τείχη καὶ ἀναπετάσας τῆς Πελοποννήσου τὰς πύλας*, cum scriptor si quid de Lechaeo capto cognitum habuisset pro totius libelli consilio id silentio praeteriturus non fuerit [2]).

Sed etiam Grotius et Kirchner ex silentio concludunt, cum Xenophonti si Praxita duce Lechaeum captum esset hoc dicendum fuisse contendant. At egregie fallor aut significatur expugnatio verbis quae § 12 legimus: *ἀπέθανον δὲ*

---

1) nam etsi Xenophonteus libellus non est, — quod Blassius hist. el. 2, 499 sqq. protulit, mihi non persuasit — tamen cum non diu post Agesilai mortem scriptus esse videatur, testimonii fides non minuitur.

2) Plut. in Ages. vita c. 21 *καὶ στρατευσάμενος εἰς Κόρινθον αὐτὸς μὲν ᾕρει κατὰ γῆν τὰ μακρὰ τείχη, ταῖς δὲ ναυσὶν ὁ Τελευτίας* cum a Sintenisio verba lacunosa censeantur, melius omittuntur; fortasse simile quid ut Xenophon Plutarchus scripserat, sed verba si recte tradita sunt — et mihi quidem defendi posse videntur — egregie faciunt pro mea sententia.

καὶ οἱ ἐν τῷ λιμένι τῶν Βοιωτῶν φύλακες, οἱ μὲν ἐπὶ τῶν τειχῶν, οἱ δὲ ἐπὶ τὰ τέγη τῶν νεωςοίκων ἐπιβάντες. Kirchner (p. 24) quamquam recte intellexit, esse appositionem distributivam, quae hunc in modum expediri possit: ἀπέθανον τῶν ἐν τῷ λιμένι φυλάκων οἱ μὲν ἐπὶ τῶν τειχῶν, οἱ δὲ ἐπὶ τὰ τέγη τῶν νεωςοίκων ἀναβάντες, tamen cum addat: „ergo nequaquam omnes sed ei dumtaxat ex custodibus Boeotis trucidati sunt, qui aut in muris portus erant aut in tecta navalium ascenderant" neglexisse videtur discrimen acute a Kruegero in gramm. 47, 28, 3 statutum: „im genetiv steht das ganze, wenn der teil, mit dem teilbegriff in gleichem kasus, wenn das ganze als hauptsache hervortritt." Quod Kirchner adiecit, num omnes custodes in muros aut in navalium tecta se conferre potuissent neque quisquam in ipso portu extinctus esset, commemorasse opinor sufficit [1]). Ego luculentissime ex verbis Xenophonteis Lacedaemonios in ipso portu fuisse apparere censeo; nam cur navalium tecta custodes ascenderant? nimirum ut ab hostium telis tutiores essent; sed si hostes intra portus muros non erant, nonne aliis modis multis hoc melius assequi poterant?

Verba igitur, quae 4, 4, 19 leguntur, premenda non sunt; sed etiamsi naves et navalia Lechaei intellegimus, Kirchnero tamen p. 23 interroganti „hunc portum si iam antea tenuissent Lacedaemonii, nonne tunc naves ibi ac navalia in eorum fuissent potestate"? assentiamur necesse non est; nam quamquam certius quid cum de portu nihil sciamus dici vix potest, nescio tamen an fieri potuerit, ut portu ipso — vel rectius oppido Lechaeo — expugnato naves et navalia non in victorum manus venirent. Quod si minus probaveris, fortasse cum Hertzbergio (Ages. vit. p. 292) navalia emporii (νεώσοικοι) a navalibus portus bellici (νεώρια) seiungenda sunt [2]).

---

1) cf. e. a. Dem. 9, 62 τοὺς τότε σῴζοντας αὐτοὺς — τοὺς μὲν ἐκβαλόντες, τοὺς δ' ἀποκτείναντες, sed num ad unum omnes?

2) quod Hertzbergius dubitanter quidem Lechaeum ab Athe-

Sed omnis difficultas si loco Xenophonteo non Lechaei naves intellegendas esse statuimus facillime tollitur; nam, quod iam Hertzbergium proposuisse video, ab oriente Lechaei capti nova navalia a Corinthiis instructa esse mihi verisimillimum videtur, quod cum Athenienses stratam murorum partem restituerent factum esse conicio. Hac de re nunc agendum erit.

Grotius enim et Kirchner (p. 23) Xenophontis verbis quae 4, 4, 18 leguntur, Athenienses φοβουμένους τὴν ῥώμην τῶν Λακεδαιμονίων μὴ ἐπεὶ τὰ μακρὰ τείχη τῶν Κορινθίων ᾕρητο ἔλθοιεν ἐπὶ σφᾶς profectos πανδημεί muros illos refecisse, Lechaeum non in Lacedaemoniorum potestate fuisse demonstrari contendunt; sed si hos sequimur viros doctos, incidimus in gravissimas difficultates; nam cum ἐκ τοῦ Λεχαίου ὁρμώμενοι verba rerum ordini quem statuerunt repugnent, post muros refectos acta putant quae Xenophon in praecedentibus paragraphis narrat. Iphicratem enim cum levis armaturae militibus tradit Lacedaemoniorum socios terruisse, cum Lacedaemonii ipsi, quorum una aderat mora, sociorum metum derisissent. At quaeso quomodo factum est, ut Lacedaemonii sociis per Iphicratis milites nondum territis Athenienses muros restituere paterentur? Erant enim Lacedaemoniorum copiae Sidunte Crommyone Epiiciae et in murorum turribus Praxitam milites conlocavisse facile quisque concedet; quod si Lacedaemonii neglexissent qua se reciperent non habuissent. Haec difficultas quae Groti sententia probata oritur, si res a Xenophonte §§. 17 18 narratas ante muros refectos gestas

niensibus recuperatum esse conici posse putat — „wenn man," inquit, „wozu aber Xenophon durchaus nicht berechtigt, nicht annemen will, dass die Athener Lechaion wiedergewonnen" — loco qui apud Isae. 5, 37 legitur refutari videtur. Dicaeogenes, inquit orator, nihil unquam ad bellum sustinendum tribuit, πλὴν ὅτε Λέχαιον ἑάλω, ubi quoniam oratio non multo post (390) habita est, oratori si bis portus expugnatus esset aut τὸ πρῶτον aut τὸ δεύτερον addendum erat.

esse tenemus, etiamsi Lechaeum secundum hanc interpretationem a Lacedaemoniis tum occupatum erat, multo fit minor. Athenienses πανδημεί proficiscuntur, Lacedaemoniorum socii iam pridem Iphicratis milites vehementer metuunt, Lacedaemonii ipsi tam pauci adsunt, ut nihil agere possint; ex his rebus explicari potest, qui factum sit, ut Athenienses facili opera militibus ex turribus expulsis muros reficerent et ne milites, qui Lechaei erant, nocerent neve in Atticam aditus pateret, ad orientem versus novum murum extruerent. Vbi hic murus in mare exibat, navalia proximo tempore Teleutia duce expugnata conicio instaurata esse. Quod si probaveris, Lechaei occupatio non multum Lacedaemoniis profuit neque vero ut res a Xenophonte §§. 16. 17 commemoratas post muros refectos gestas esse statuamus opus est. Nam etiamsi Grotius et Kirchner (p. 25) dicunt, verba Xenophontea qui accurate inspecturus sit eum ad temporis spatium recentius relaturum esse, uterque tamen neglegentia quadam Xenophontem verba ἐκ τοῦ Λεχαίου ὁρμώμενοι posuisse quominus putemus nihil obstare contendit. Sed ut neglegentiam illam concedam, tum tamen etiam rerum seriem a Xenophonte traditam veram esse concessum est iamque Xenophon ipse id quod supra per se probabile esse statui narrat, §. 17 ἐπεκδραμόντες ἐκ τοῦ ἐπὶ Λέχαιον τείνοντος τείχους, ita ut Grotio eadem quae mihi Lechaeum a Lacedaemoniis tum occupatum fuisse censenti existat difficultas; nam si praeter muros etiam Lechaeum in Lacedaemoniorum potestate erat, cur aliquanto difficilior fuerit murorum restitutio quam solis muris occupatis non video.

Argumenta igitur, quae Grotius et Kirchner contra eos, qui Lecheum cum intra muros pugnaretur captum esse censent, attulerunt, debilia sunt, sed accedunt alia quibus cum illis facere vetemur. Parvi quidem momenti est Diodori narratio 14, 86, Lechaeum Praxita duce ante pugnam intra muros commissam captum esse, cum quae ibi traduntur cum Xenophontea narratione minime congruant et hanc

ipsam bibliothecae historicae partem summa cum cautione adhibendam esse inter omnes constet, sed plane omittere testimonium ut Kirchner nolui.

Graviora haec sunt: Andocides loco quem supra exscripsi Lacedaemonios cum Lechaeum caperent tertium vicisse dixit eosque universum Argivorum Corinthiorumque exercitum superavisse Atheniensium Boeotorumque quot adfuissent. At Groti sententia probata haec non erat tertia, sed quarta Lacedaemoniorum victoria, victoriam igitur intra muros reportatam ab Andocide silentio praeteriri statuamus necesse est. At quaeso Andocidemne statues Lacedaemoniorum victoriam praeteriisse eamque praeclarissimam? *οὕτως ἐν ὀλίγῳ*, Xenophon 4, 4, 12 inquit, *πολλοὶ ἔπεσον, ὥστε εἰθισμένοι ὁρᾶν οἱ ἄνθρωποι σωροὺς σίτου ξύλων λίθων, τότε ἐθεάσαντο σωροὺς νεκρῶν.* Clades Lacedaemonias cur Andocides non commemoraverit bene intellego, victoriam qui eum omisisse putat oratorem stultum stupidumque se nunquam praestitisse meminerit [1]).

Alterum hoc est: Xenophon proelium intra muros factum postquam narravit §. 14 haec addit verba: *ἐκ δὲ τούτου στρατιαὶ μὲν μεγάλαι ἑκατέρων διεπέπαυντο, φρουροὺς δὲ πέμπουσαι αἱ πόλεις αἱ μὲν εἰς Κόρινθον, αἱ δὲ εἰς Σικυῶνα ἐφύλαττον τὰ τείχη· μισθοφόρους γε μὴν ἑκάτεροι ἔχοντες διὰ τούτων ἐρρωμένως ἐπολέμουν*, quibus quod Grotius statuit manifestissime repugnat, nam quoniam Lacedaemonios cum Lechaeum caperent *Ἀργείους μὲν ἅπαντας καὶ Κορινθίους, Ἀθηναίων δὲ καὶ Βοιωτῶν τοὺς παρόντας* vicisse Andocides testatur, magnas copias adfuisse necesse est. Corinthiae enim pugnae aderant Argivorum septem, Corinthiorum tria millia, pugnam igitur exiguam fuisse

1) quod Kirchner p. 34 profert, Andocidem hanc victoriam murorum refectione propemodum ad irritum redactam cum cives murorum feliciter restitutorum commonefacere noluerit non inconsulto neglexisse, sufficere mihi non videtur; uno Lechaei nomine enuntiato omnes murorum memores erant.

quis credet? et de hac pugna nullum fecisse verbum putas Xenophontem, nullum qui Agesilai ἐγκώμιον scripsit?[1])

Quoniam quae in oratione Andocides de rerum statu dicit ante a. 391 gesta esse vidimus, ut ante hunc annum habita sit fieri posse videor mihi demonstrasse; orationem a. 391 haberi non potuisse Fr. Blassius hist. eloq. 1, 282 orat. And. p. XVII bene perspexit; nam quae §. 27 de Argivis dicuntur aperte eis quae de rebus a. 391 gestis compertum habemus repugnant; αὐτοὶ (Argivi) inquit orator, ἰδίᾳ εἰρήνην ποιησάμενοι τὴν χώραν οὐ παρέχουσιν ἐμπολεμεῖν, ἃ δὲ πρὸς τούτους (Lacedaemonios) συνέθεντο, ταῦτ' οὐδεπώποτ' αὐτούς φασι παραβῆναι. Argivi enim sacros quosdam menses praetendentes agros ab incursionibus tuebantur, at a. 391 Agesilaus terram Argivorum populatus est (Xen. 4, 4, 19) ut illo ipso tempore orator τὴν χώραν οὐ παρέχουσιν ἐμπολεμεῖν dicere non posset. Quo igitur iure Kirchner p. 41 confirmarit: „sciendum est probe, ibi (4, 4, 19) agi de incursione ab Agesilao in agrum Argivum suscepta proxime ante Lechaei expugnationem, post quam exiguo temporis spatio interiecto orationem compositam esse demonstravi: itaque ne haec quidem discrepant ab rerum historia aliunde nota", quo iure haec confirmarit me non intellegere ingenue fateor.

Venio ad Blassium, qui quoniam rerum ordinem a Grotio constitutum probare videtur orationem a. 390 habitam esse conicere coactus erat, et quod ei exoptatum evenit, hac coniectura probata cur bellum Athenienses continuarint optime perspicitur, nam hoc anno nobilem illam cladem Iphicrates Lacedaemoniis intulit, de qua nuntio adlato sicut Boeotos (Xen. 4, 5, 9) ita Athenienses de pace agere desiisse Blassius sibi persuasit, id quod iam Thirl-

---

1) Lechaei expugnationem non exiguum Atheniensibus incussisse terrorem addo, quod ex Isaei loco quem p. 11 n. 2 laudavi apparet luculenter; locum Xenophonteum, quo Lechaei expugnationem narrari Grotius putat, legas velim et mihi dicas, num Xenophon magni fuisse momenti Lechaei expugnationem intellexisse videatur.

wallius hist. Graec. 4, 456 Rehdantzius in vitis Iphicr. Chabr. cet. p. 11 coniecerant.

Blassio interpretationem §. 20 praecipue vitio verto; ipsius verba audiantur: „mit Andokides angabe", inquit hist. eloq. 1, 663, „dass die Boeoter bis dahin 4 jare krieg gefürt, laésst sich das jar 390 so vereinen, dass der redner sowol den rest von 395, indem ja der krieg erst im herbst begann [1]), als den anfang von 390, wo noch keine kriegsereignisse stattgefunden hatten, unberücksichtigt laesst." Anno 390 nondum quidquam fuisse gestum nunc postquam orationem aestate habitam esse opinatur ipse tenere nequibit, sed „ne tum quidem integrum belli quinquennium peractum erat" (ait praef. ad. Andoc. p. XVII, n.) quasi Andocides integrum quinquennium num peractum esset accurate computasset. Tune tam religiosum putas oratorem ut quo loco quam maximum proferre numerum plurimum interesset, si pauci dies quinquennio integro deessent, tibi videatur quadriennium dicturus fuisse? Blassium contrarium Kruegero peccasse apparet.

Deinde ut omittam *τὴν χώραν οὐ παρέχουσιν ἐμπολεμεῖν* verba agris anno praecedente vastatis falsa esse, anni 390 aestate Athenienses cum Lacedaemoniis pacem facere studuisse mihi veri simile non videtur, cum hoc ipso tempore [2]) quinquaginta naves extructae essent, quarum quadraginta Thrasybulo duce in mari Thracio multa feliciter gerebant, decem Euagorae Cyprio auxilio missae erant, et in hac ipsa expeditione populus magnas posuisse spes videtur [3]). Sed

1) quod num recte dictum sit, si quidem belli initium a societate cum Atheniensibus inita repetimus, dubitari potest.

2) cf. Frohberger in Phil. v. 17, 439 n.

3) quas cum vanas fuisse postea appareret, severissime in expeditionis auctores animadversum est, cf. Frohb. introd. ad Lys. orat. 19, § 4, p. 275 ed. min., qui fieri non posse ut credamus Nicophemum eiusque filium Aristophanem capitis supplicio affectos esse Cypri luculentissime demonstravit; sed contra viri de Lysia optime meriti sententiam Athenis sumptum esse supplicium Rauchen-

quoniam quo anni tempore naves extructae sint incertum esse obici mihi potest [1]) hoc non premo, sed cur potissimum hoc anno Athenienses pacem facere concupierint causas non esse mihi concedendum puto. Sed meam sententiam orationem hieme 392/391 habitam esse si probaveris, res aliter se habebit. Nam a. 392 Antalcidas cum Tiribazo Persarum satrapa de pace egerat, sed cum Athenienses Thebani Argivi ne insulas urbesque quas in possessione sua habebant amitterent suo iure veriti Lacedaemoniorum condiciones repudiarent, pax icta non est. Sed Antalcidae legatio non

---

steinius cui illud probatur, in Fleck. ann. 105, 247 (similiter in ed. Lys. sept. 165 n. 2) haec disputavit: „der ansicht, dass das verfaren in Athen stattfand, steht auf das schroffste entgegen, dass sie one gehoeriges rechtsverfaren den tod erlitten; so etwas geschah freilich unter den dreissig in Athen, aber 389 oder 388 ist es nicht mer denkbar, dass sie nach irer festnemung niemand mer gesehen und niemand etwa bei einem über sie abgehaltenen verhoer zugegen gewesen waere", sed nescio an vir doctissimus nimium contenderit; nam quamquam non multum loco quem legimus apud Isocr. 17, 42 παρὰ μικρὸν ἦλθον ἄκριτος ἀποθανεῖν similibusque tribuo, ex eo tamen quod Lysias 27, 8 acriter de supplicio indicta causa sumpto disputat, fieri potuisse ut quis indicta causa damnaretur patet luculentissimusque extat locus 22, 2 ἔλεγόν τινες τῶν ῥητόρων ὡς ἀκρίτους αὐτοὺς χρὴ τοῖς ἕνδεκα παραδοῦναι θανάτῳ ζημιῶσαι· ἡγούμενος δὲ ἐγὼ δεινὸν εἶναι τοιαῦτα ἐθίζεσθαι τὴν βουλήν, quam orationem rectissime Blassius post a. 394 habitam esse dicit. Sed quod hist. eloq. 1, 467 scribit: „die kornhaendler erlogen ein andermal, dass die σπονδαί sollten aufgekündigt werden, d. h. doch wol auch die mit den Lakedaemoniern; will man hier den Antalkidischen frieden verstehen, was mit jener angabe wol vereinbar ist" falsum dicens mercatorum nuntium frumentarias naves Ponticas a Lacedaemoniis captas esse, nullo pacto probo; nam hoc puto ad bellum non ad pacem referendum esse, quamobrem σπονδάς Boeotorum Corinthiorum Persarum intellego. Ante a. 391 oratio habita esse non videtur, quia hoc demum anno Lacedaemonii rerum maritimarum potiri coeperunt, cf. Diod. 14, 97, et si ex orationis §. 8 (πρότερον χειμῶνος ἐπειδὴ τίμιος ἦν ὁ σῖτος) concludi quid licet, orationem post Aeginam a. 389 occupatam coniecerim scriptam esse. Sed haec admodum incerta sunt.

1) vere tamen hoc factum esse quam maxime probabile videtur.

omni successu caruit: Tiribazus Cononem comprehenderat, quo facto Persae non amplius Athenienses adiuturi videri poterant. Conon semper populari causae studuerat; qui cum a Persis captus haberetur, cum subsidia quae per eum Persarum rex dederat desitura viderentur, quid mirum si ea populi pars quae paucorum potentiae amica semper a Lacedaemoniorum partibus steterat, tum occasione uti rerumque potiri conata est? Cum hac parte Andocidem a puero fecisse cum per se probabile est, quoniam Andocides avus pacem fecerat cum Lacedaemoniis, tum fragmentis [1])

---

1) quae si cognita habuisset Voelcker, „de anno quo natus sit Andocides orator", commentationem non scripsisset. Prodiit a. 1872 Meppenae, ubi Blassi hist. eloq. cognita esse non videtur. Ne quem post Voelckerum, qui Andocidem ante a. 482 natum esse negat, verba quae apud Andoc. 2, 7 leguntur *εἴτε χρὴ εἰπεῖν νεότητί τε καὶ ἀνοίᾳ εἴτε καὶ δυνάμει τῶν πεισάντων* vexent, eisdem verbis apud Thucydidem 6, 17 Alcibiadem, quem circa 450 natum esse constat, a. 415 de se uti commemoro. Quae praeterea in Voelckeri libello falsa insint — quo quaestio promota sit non inveni — melius silentio praetereo. Vnum adiciam: Andocidem circa a. 440 natum esse mihi videri etiam ex verbis Pseudoplutarcheis elici posse: *καὶ ἤκμακε*, inquit, *κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἅμα Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ· ἄρχει δ' αὐτῷ τῆς γενέσεως ὀλυμπιὰς μὲν οη', ἄρχων δ' Ἀθήνησι Θεογενίδης, ὥστ' εἶναι πρεσβύτερον αὐτὸν Λυσίου ἔτεσί που ἐννέα* (sic cum Meziriaco — confusa videntur Θ et ϱ — vel cum Westermanno *δέκα* scribendum, libri *ἑκατόν*); nam quomodo factum sit, ut Andocidem a. 468 natum esse diceret neque Blassius et Mueller-Struebing Aristophanes cet. p. 599 explicaverunt, rati hoc computatum esse ex Thuc. 1, 51 (ubi certissime scribendum cum Muellero l. l. 603 *Δρακοντίδης*, sed non *Λυσικλέους Βατῆθεν* praetor fuisse videtur, ut etiam Droysenus Herm. 9, 3 volt, nam nuper ex plebiscito de Chalcidensibus, cf. Mitteilungen des archaeol. instit. 1, 184 sqq., innotuit Dracontides ex Antiochide tribu ortus, quem praetorem fuisse mihi multo verisimilius est) neque cuiquam persuaserint, quae Vdalricus de Wilamowitz in Herm. 11, 293 proposuit: „non repeti debebat", inquit, „Caecili error [unde scit vir sagacissimus?] qui natum Andocidem dixerat a. 469 [Theogenides archon erat a. 468/467] deceptus avi nomine, quem a. 440/439 praetorem, i. e. triginta annos natum [scribere debebat: non minus triginta, nam plerique nisi fallor plus triginta annos nati erant] fuisse

ex libello qui πρὸς τοὺς ἑταίρους vel συμβουλευτικός inscriptus erat, servatis optime demonstratur (cf. fr. 3. 5 Bl.,[1]) vide etiam Plut. Alc. 21 ἐδόκει δὲ μισόδημος καὶ ὀλιγαρχικὸς ὁ Ἀνδοκίδης) acerbissimisque in Argivos, sempiternos illos Lacedaemoniorum adversarios verbis.

Neque id mihi mirum videtur, quod volgus quae est inconstantia eius et mobilitas Conone capto optimatibus pacem iterum iterumque commendantibus cum Lacedaemoniis de pace agendi infinitam concessit potestatem. Tum de pace

---

apud Androtionem legerat". Proficiscendum mihi videtur a verbis καὶ ἤκμακε κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἅμα Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ, nam ex satis vetusto auctore ea descripta esse et ἀκμάζειν verbo et synchronistica quam vocamus cum Socrate compositione mihi probatur, cum verba proxima ut annus quo natus sit accuratius indicaretur, postea addita esse mihi videntur. Quodsi veri dissimile non est, quinam factum est ut cum Socrate componeretur Andocides? Aut egregie fallor aut quia uterque eodem anno in iudicium ductus est. Conicio igitur in nescio cuius chronicis scriptum fuisse. „Socrates damnatur Andocides, qui hoc tempore ἤκμακε, Hermarum mutilationis et mysteriorum profanationis reus" (nam Andocidis causam per totam Graeciam celebratam in eiusmodi libris omissam esse probabile non est). Ita si scriptum erat qui festinantius excerpsit facile ut ἀκμῆς tempus significaret ex praecedentibus arripere potuit ἅμα Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ. Quod si factum erat, qui annum indicare accuratius volebat, eandem eum fere olympiadem addere necesse erat qua erat natus Socrates et hoc quidem factum est, nam cum plurimi eum natum esse dicerent ol. 77, 3 constituit ol. 77, 4 = 469/68 Apollodorus (cf. Dielsius in mus. Rhen. 31, 36) quare nescio an haec ex Apollodori chronicis sumpta sint. Quae si probabiliter conieci, Andocidis ἀκμήν a. 399 fuisse dixerat, i. e. natus erat orator a. 439.

1) fr. 5 Mueller-Struebing ab Andocide abiudicat profectumque e sophistarum officina putat, p. 559 n., temeraria levitate, nam quae disputat, ea refelluntur Platonis comici loco qui legitur apud Plut. Nic. 11

καίτοι πέπραχε τῶν τρόπων μὲν ἄξια,
αὑτοῦ δὲ καὶ τῶν στιγμάτων ἀνάξια·
οὐ γὰρ τοιούτων εἵνεκ' ὄστραχ' εὑρέθη.

et Cratini eiusdemque Platonis testimoniis apud schol. Lucian. p. 46 Iac., ubi Andocidis quoque testimonium adferri iam Sauppius Or. Att. fr. p. 166 adnotavit.

Lacedaemonem miserunt legatos, quos missos esse praeter Andocidem unus est testis isque locupletissimus Philochorus. Sed cum legati quamquam *αὐτοκράτορες* missi erant pacis condiciones accipere non auderent, optimates sibi ipsi diffisi esse videntur, neque populi partem bellandi cupidam exiguam fuisse ex oratoris contra eos verbis elucet.

Qui igitur factum sit ut de pace ageretur apparet, neque minus cur legatio irrita fuerit mea probata sententia explicari potest. Quod populus Conone capto metuerat non evenit, Tiribazo enim Lacedaemoniis amicissimo Struthas successit, qui Atheniensium res industrie adiuvit (Xen. 4, 8, 17). Accedit alterum : illo ipso tempore Rhodi res ita gestas esse statuendum est, ut Atheniensibus se bellum feliciter finituros esse spes cresceret; res enim ita se habet. Apud Xenophontem 4, 8, 20 legimus: *ἐπεὶ δ' ἦλθον εἰς Λακεδαίμονα οἱ ἐκπεπτωκότες Ῥοδίων ὑπὸ τοῦ δήμου.* Quae deinceps secuntur a. 391 facta sunt, ut Rhodios hieme 392 vereve 391 Lacedaemonem venisse probabile fiat. Sed quando expulsi sunt? Interpretes: „cum Rhodii,“ inquiunt, „a. 396 Conone auctore a Lacedaemoniis defecerunt“, sed ubinam per illud tempus exules fuerint non dicunt neque cur non prius auxilium petierint quisquam dixerit. Qui Xenophontis verba *γνόντες οὖν οἱ Λακεδαιμόνιοι ὡς εἰ μὲν ὁ δῆμος κρατήσοι Ἀθηναίων ἔσται Ῥόδος ἅπασα, εἰ δὲ οἱ πλουσιώτεροι ἑαυτῶν* attente legerit, ei puto non dubium fore, quin si insula tum iam quinquennium ab Atheniensium partibus stetisset, aliter scribere debuerit Xenophon [1]). Paulo ante Lacedae-

1) Diodori narrationem (14, 97) cum Xenophontea coniungere difficile est, sed nescio an hoc ordine res gestae sint: Cum Conone auctore insula a Lacedaemoniis defecisset, postea Lacedaemoniorum studiosi fortasse a Tiribazo et Antalcida incitati et adiuti rerum potiti sunt, tamen non multo post ab eis qui cum Atheniensibus faciebant superati et eiecti. Sed utcunque res se habet, multos illis annis in insula tumultus fuisse Diodori testimonio constat, quamquam quod Lacedaemoniorum studiosos a. 391 victores fuisse narrat falsum esse puto et hac in re Xenophonti maiorem fidem tribuo.

moniorum studiosos victos esse [1]) si statuimus, multo rectius verba se habent.

De his quas modo exposui rebus nuntio adlato si multitudo belli continuandi studio denuo implebatur quid mirum? neque si pacis studiosi qui in perturbatione animorum Conone capto rerum potiti erant tum potestatem amiserunt. Princeps legationis, si decem oratorum biographo fides habenda est [2]), in exilium missus est, pace infecta Lacedaemoniorum legati dimissi sunt, pars popularis Thrasybulo ut videtur duce bellum continuari iussit [3]). Proximi anni vere Agesilaus ipse expeditionem Isthmiacam suscepit, longos Corinthiorum muros delevit atque ut qui acerrimi pacis adversarii cogniti erant (cf. etiam Xen. 4, 4, 19 τοὺς Ἀργείους τὰ μὲν οἴκοι καρπουμένους, ἡδομένους δὲ τῷ πολέμῳ) ei ad pacem propensiores fierent, agros eorum populatus est.

Caput II.

Coniectanea.

1.

De Antiphontis orationibus post editionem Blassianam non mediocriter meriti sunt Rud. Schoellius [4]) (in Fleck.

---

1) fortasse hoc cum Struthae adventu coniungendum est.

2) multos in partium contentionibus expulsos esse si reputaveris hoc veri dissimile non videbitur.

3) fortasse tum demum muri ab Atheniensibus refecti sunt, quod quominus putemus nihil obstat; id si probaveris, quae Kirchner p. 34 disputat (cf. p. 14 n.) contra me non faciunt.

4) unum miror, quod neque Schoellius neque Hugius neque qui ceteras editiones Blassianas censuerunt, (I. H. L[ipsius] in Leutschi ind. phil. 4, 388. Aem. Rosenbergius in Fleck. ann. 107, 97—109) non paucos errores inrepsisse in apparatum criticum animadvertisse videntur; qui errores ne inveterascant hic quae corrigenda sint congerere mihi liceat. Ant. 1, 10 τοιαύτην Schoemannus (in ann.

ann. 103, 297—309) Arnoldus Hugius (in Leutschi ind. phil.

Berol. 1839, men. Oct. edit. ante Frankium (in annal. phil. 1840 p. 56) 1, 26 ἀπέκτεινε R. (quod adnotat Mr.) A α 4 transposuit R in versione latina. — de ἄν iam dubitavit R („si ad peremtos εὑρέθησαν refertur, ἄν erit del.") B β 6 τι suspectavit R. γ 5 ἀπάντων R. 6 ἀναιρεῖσθαι (pro quo v. legebatur ἀναιρεῖται) uncis inclusit R. 11 Fr. S. transponendum est. δ 3 τινα iam R addi iussit (sed post τις) δ 4 Fr. (ann. phil. 1840, 67) ante Kayserum. Γα 2 simili quo Sp. modo R. corrigere volebat (τροφέας τε καὶ ποριστάς vel συνεργούς). τοῦ βίου S. post Baiterum del. α 3 S. Fr. (cf. ann. phil. 1840, 78) γ 2 intercidit ante del. K. ⟨φοβοῦσα⟩ δ 3 εἰ γάρ R. (in add.) deinde scrib.: „ci. χρῆσθαι aut add. συμβουλεῦσαι". 5, 6 R. adnotat: „αὐτῷ an αὐτοῦ praestet ambigo adhuc". 5, 10 αὐτό γε Schoem. l. l. 487. 5, 12 ante Fr. οἴει Schoem., ante Br. οἴει γε Hirsch. 5, 13 prob. ⟨Schoem.⟩ Fr. ἐξιέναι [ἐξελθεῖν] Sp. 5, 16 ἂν ἀξιώσαις G. Herm. de ἄν part. p. 185. 5, 18 προθυμοτέρως R. 5, 31 τοσούτῳ R. Dobr. 32 ἤ post πλεῖστον R. 5, 34 ἄν del. Dobr. 38 οὗτοι R. 44 ἀνήρ S. ἀκούειν Schoem. (qui praeterea πολλῷ ἐπὶ πλέον ci., quod necessarium esse S. in symbol. ad emend. orat. Attic. p. 5 demonstravit, sed coniecturam Cobetianam γεγωνεῖν Sauppianae γε δὴ νοεῖν praefero, scribendum igitur est πολλῷ ἐπὶ πλέον γεγωνεῖν) 47 ἐγίνεσθε R. (in add.) 50 παύσοιτο Madvigius (bemerkungen zur griech. wortfügungslere 24, n. 16) 54 „aut γραμματείῳ aut γραμματιδίῳ" R. 66 ἢ ἀπόλωλεν susp. R. ἀνήρ rectius S. quam Turr. 87 addidi (auctore Br.) 91 ἔλαττόν ἐστι Fr. (ex editionibus veteribus). vel ὑμῖν (sic iam R). 6, 10 οὐκ del. Tayl. (cf. R. p. 849) 21 τὸ μὲν ὅλον iam R. 42 οὔτε παραδοῦναι R. 45 εἰςιόντα ἐς fortasse iam Scaliger. fr. 16 add. (Harp.). — num recte Bl. ad 1, 19 adnotat: „ὑπὸ τοῦ Φιλόνεω aut delenda aut in ὑπ' αὐτοῦ mutanda censet Hi"? Hirschigi verba haec sunt: „observo ὑπὸ τοῦ Φιλόνεω non videri scripta ab oratore, post δίδωσι τῷ Φιλόνεῳ solet enim scribi a Graecis ὑπ' αὐτοῦ."

Andoc. 1, 12 πρὸς τὸν πολέμαρχον iam R. 1, 20 iam R. 8, 456 addi voluit aut ἑνός aut θατέρου. 1, 31 transp. Kl. Schi. Turr. 1, 57 γενόμενα ante Bait. Bergkius ci. 1, 62 τὸ Φορβαντεῖον Valesius. 1, 79 καὶ τὰ εὑρημένα R. 1, 84 οἱ πεντακόσιοι καὶ οἱ νομ. iam Petitus R. 1, 97 τιν' ἀρχήν R. (non τινά) 1, 99 κατά iam Frankius ad Aesch. 3, 213 (praef. XXV) addi voluit 1, 122 οὐχ οὕτως R (non οὐδ' οὕτως) 1, 128 τῷ παιδί Dobr. 1, 132 ἀδελφόν similiter corr. Luz. 1, 137 συμφοραῖς Dobr. 1, 149 ἀπολλύναι R. 2, 1 ἕτερος R. 2, 2 παρέστηκε A sec. Bk. conlationem. 2, 24 διαβεβλῆσθε Bk. 2, 26 ἀλλὰ νῦν γε Schneider ad Xen. Cyr. 8, 8, 9 (qui praeterea εἴπερ τι ἡμάρτηκα ci.) 3, 3 Mitford ante Kirchnerum. 3, 12 cum Cant. R. Schi. Turr. 3, 18

4, 120 et in utilissimo libello qui inscriptus est „de arte

τοτὲ μὲν S. ad Lycurg. 144. 3, 24 Schi. Turr. 4, 5 corr. „ὑπὸ τούτου Bk.: ἀπὸ τούτου“ 4, 26 ⟨τὸ ζεῦγος⟩ ἀφελόμενος R. 4, 29 post ⟨Cant.⟩ Piers. 4, 31 πολλάκις Dobr. 4, 36 posito ⟨cum G. Herm.⟩ 4, 41 ὑμῖν subaudiri iubet R! — 1, 123 et 133 transponendum erit Valck. R., nam Valck. harum emendationum alteram proposuit ad Herod., alteram in diatr. Eurip., sicut recte Bl. scripsit 3, 15. 4, 35; ceteris locis uter prior nominandus sit ambigo, publici iuris fecit coniecturas ante Valck. R. (a. 1771) sed Valck. locos iam correxerat a. 1756 (cf. Sluiteri lect. Andoc. p. XVI).

Dinarch. 1. 1 ἦν cum Steph. R. 1, 14 Grater Markl. 1, 31 Wolf. R. 1, 32 ὑμῖν Wolf. R. Bk. 1, 37 scripsi (auctore Kl.) 1, 43 ὅποι ci. Bk. in add. 1, 55 κατὰ τὰ πάτρια R. 1, 61 εἰληφότα σέ τι aut εἰληφότα σε Mr. 1, 66 Wolf. scribi mal. οἶκον pro ἴδιον. 1, 69 cum Steph. (Wolf) R. 1, 85 ταὐτὰ iam Wolf. R. 1, 89 ἂν add. Wurmius 1, 91 οὐδέποτε iam Wurm. 2, 5 ἐκκαθήρατε S. (cum Buttm. 2, 160. Matth. 1, 585[3]) 2, 16 „subaudi ἐκκλησίαν“ R. 3, 4 ἐναντίον ἑνὸς τῶν Bakius in Mnem. 8, 110. 3, 7 καθιστάντα cum Steph. iam R. 3, 10 Bk. Dobr. transp. 3, 15 corr.: „post παραχ.“ 3, 19 δουλεύει R. „de suo“ [Dem.] 4 τὸ νῦν edit. Hanoviensis.

Praeterea qui coniectura locum sanaverit eum nominari iustius mihi videtur, quam qui eandem lectionem ex codice primus receperit. Blassius sententiam orat. Andoc. p. X propositam mutasse videtur, nam in editione Dinarchea saepe addit (ci. Wolf) vel (ci. R.) quod ut in posterum constantius faciat quam maxime suaserim. Ceterum ne quis de editionibus Blassianis iniquius iudicet, adponam quae in praef. crit., quam Scheibius Isaei orationibus praemisit, corrigenda sunt: 1, 11 ἐγκαλεῖ secl. Dobr. 1, 12 οὐδὲν ὡς ἐνδεεῖς Ienickius (non οὐδὲν ἐνδεεῖς) 1, 14 ἀσθενῶς iam R. 1, 34. 48 librorum scripturam defendit Ienickius p. 3. — 2, 7 συγκαταγηρᾶσαν Dobr. 2, 14 ἐγένετο Tychsenus in textu. 3, 1 ἐπεβίω S. A. N.(aber) 3, 6 ὁ διαμαρτυρήσας „de meo“ R. 3, 11 τι abesse mal. iam R. 3, 25 οὑτοσί Dobr. 3, 29 πλείους εἰκὸς ἦν τὸν R 3, 30 ἐπεγράψ. Dobr. 3, 35 ἕνεκα τοῦ νόμου def. Dobr. 3, 76 ἀναγνώσεται iam R., qui tamen malit (αὐτοὶ μεμαρτυρήκασιν) servata part. 4, 22 ἔστιν iam R. 5, 12 corr.: Post R. (qui ἀλλὰ μὴν περὶ ⟨μὲν⟩ τούτων) Dobr. coniecit ἀλλὰ κτλ., del. „Reiskius ἀλλὰ περὶ τούτων μὲν.“ 5, 14 πάλαι ἤδε πολλῷ iam R. 5, 26 λέγομεν ἀληθῆ R. argum. orat. 6 κατατεθεῖσας R. 6, 1 Φανόστρατος R. Dobr. 6, 7 Turr. (praeeunte Schoem.) 6, 11 Κηφισιῶς Dobr. et Cobetus ad Hyper. orat. fun. 45. 6, 42 R. adnotat: „deest titulus, sive ἀνάγνωσις, sive κατάλογος, sive ἀπογραφή.“ 6, 62 verba esse delenda etiam Schoem., quamvis dubitanter, prop. 6, 65 τίς εἶδε

critica in Antiphontis orationibus factitanda", Turici 1872) et qui diu multumque versatus est in Antiphonte Frid. Pahlius in libello „Antiphontis et quae volgo eius feruntur orationes critica ratione perlustravit," qui prodiit Ieverae a. 1874. Tractat circa sexaginta locos multosque ut mihi videtur feliciter correxit, sed sunt quae nullo pacto probari possint. Vt pauca adferam, non debebat vir doctus p. 8 defendere *παραστήσομει*, quod 5, 28 legitur neque idem 5, 24 scribi iubere, nam Isaei loci quos affert 4, 13 et 9, 13 diversissimi sunt. Neque cuiquam persuadebit quod proposuit p. 11. scribendum esse 6, 4: *τῇ δίκῃ καὶ τῷ νόμῳ· τοσαύτην γὰρ ἀνάγκην . . . . ἐν τῷ νόμῳ εἴργεσθαι, πόλεως . . . . ἀνθρώποις*, quia ut mutationis gravitatem et argumentorum exiguitatem omittam, *ἐλπίζων οὕτως ἄριστα πράξειν* verba intolerabili modo ab enuntiato ad quod referenda sunt seiungerentur. Tertium accedat exemplum: in verbis 5, 78 *οὐδὲ φείγων τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον, τοὺς δ' οἵους ὑμεῖς μισῶν συκοφάντας* proposuit p. 9 *ὑμᾶς* („i. e. odio delatorum quales vos estis") quod ita accipi volt, ut pronomine appellentur accusatores. Sed quis unquam hoc modo verba intellecturus erat? nonne quisque ad quos proximo versu *τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον* rettulerat, ad eosdem *ὑμᾶς* pertinere putavisset? Ita si reus dixisset, quemadmodum Pahlius volt, quantam iram iudicibus moturus quantumque detrimentum capturus erat [1]).

---

iam Scaliger, *δὲ* iam Dobr. 7, 3 *ὑμῖν αὐτὸς ἥκω* R. 7, 6 *ὄφλειν* (sic) R. 7, 7 *ἐξ οὗ* del. iam R. 7, 12 *ἐκδοῦναι* non *δοῦναι* Scaliger. 7, 17 *εἴ τινες* iam R. 7, 20 *τῶν αὐτῶν* ci. R. 8, 2 *καὶ τὸ πλῆθος* R. 8, 13 lacunam iam statuit R. 8, 25 *παρέξομαι* Dobr. 8, 40 *δέδωκε* Wesselingius observ. 1, 20. Tittmann Zonar. lex. 1802. 8, 42 *φελλέα δέ* Wessel.-R. 9, 10 *οἵ* R. 9, 36 *πρότερον ἂν ἀπέθανεν ἤ* Stephanus. 10, 6 *ἀπεστερήθη* „suspicetur aliquis" Schoem. 11, 6 *τε* del. Dobr. 12, 5 *καὶ ἐπέτρεψαν* susp. R. 12, 12 *πρότερον* etiam R. suspicatus est. fr. 6 Scheib. *ἀποφανῶ* van den Essius adnot. in Lyc. orat. p. 10. fr. 28 possis etiam ⟨cum Bk.⟩.

1) acta egit Pahlius pauciens: *Αβ* 13 iam Kayser *κατηγορεῖτο*

Nunciam ipse aliquot locos interpretabor et si dis placet emendabo; ordiar a defendenda lectione tradita. 1, 20 libri exhibent: *ἡ διακονήσασα καὶ χειρουργήσασα ἔχει τὰ ἐπίχειρα, ὧν ἀξία ἦν, οὐδὲν αἰτία οὖσα (τῷ γὰρ δημοκοίνῳ τροχισθεῖσα παρεδόθη)* Primus offendit Maetzner: „Cur enim“, inquit, „*τροχισθεῖσα*, torta, carnifici traditur? ipse potius carnifex tortoris partes agere debebat, neque quae invita interfecit hominem, gravissimam capitis poenam meruisse putanda est.“ Quam ratiocinationem probasse videtur Herm. Sauppius, omnium qui nunc in oratoribus Atticis versantur procul dubio princeps, sed *τροχισθῆναι* coniciens leniore medicina quam Maetzner [1]) usus erat. At fac Sauppium oratoris manum restituisse, itane servam iustam poenam putas dedisse? nonne (§. 9) postulaverat orator, ut patris servi, qui innocentissimi erant, eadem afficerentur poena? nonne semper servi, si de aliqua domini re agebatur, torquebantur? nam *τροχίζεσθαι* est *βασανίζεσθαι*, torquebantur enim *ἐπὶ τροχοῦ*, 5, 40. 42 And. 1, 43. Cuius rei qui meminerit, servam secundum Sauppi coniecturam iusto affectam esse supplicio negabit. Accedit alterum: legitur in Bekkeri anecd. 306, 28 *τροχισθεῖσα: βασανισθεῖσα, ἀπὸ τροχοῦ ὅπερ ἐστὶν ὄργανον βασανιστικὸν διατεῖνον τὰ σώματα τῶν βασανιζομένων*, quae glossa, quia *τροχίζεσθαι* verbum raro adhibetur, haec ipsa autem forma, quae rarissime usurpari poterat, nusquam alibi apud scriptorem Atticum legitur, ad locum quem tracto referenda videtur. Quod si recte statui, lectio tradita satis vetusto testimonio defenditur [2]).

---

corr., *Γγ* 1 Maetzner et 5, 32 R. eodem modo defenderunt, 5, 18 Brieglebius simili modo corr., 6, 5 *ἄλλως τε* iam R. inseri iusserat.

1) qui *παραδοθεῖσα ἐτροχίσθη* coniecit. Sauppi conjecturam probavit Frankius in ann. phil. 28, 65, recepit Blassius.

2) liceat *ἐν παρόδῳ* Lysiae locum testimonio tueri. In verbis quae 1, 13 leguntur: *ἐκείνη δὲ ἀναστᾶσα καὶ ἀπιοῦσα προστίθησι τὴν θύραν* T. I. Halbertsma in Mnem. 11, 207 *καί* deleri iussit, quod probavit Frohberger, Kayser ita ut etiam *ἀπιοῦσα* damnaret, (Hal-

Paucis reiciam Aem. Rosenbergi coniecturam, quam nuper in Fleck. ann. 111, 604 proposuit: 1, 9 enim δοῦναι vel δεδωκέναι requirit; „sie sagte", inquit, „nach der tat, sie habe es gegeben; der infin. praes. pflegt aber nur dann perfektbedeutung bisweilen annemen zu können, wenn ein praes. das regierende verbum ist, vergl. Maetzner zu Iγ 1." At nisi fallor dixit mulier ἐδίδουν non ἔδωκα, quam ob rem διδόναι recte se habet; nam ne Maetznerum quidem recte de hoc usu disputavisse elucet ex Isocr. 18, 7: καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπεκάλει φάσκων με συμπράττειν ἐκείνοις, τελευτῶν δὲ εἰς τοῦτο ἀναιδείας ἦλθεν κτλ.

Bγ 10. ὡς δὲ οὐδὲ τῆς ἁμαρτίας τοῦδε τοῦ (A pr. N.) ἀκουσίως ἀποκτεῖναι ἐξ ὧν αὐτοὶ λέγουσιν ἀπολύεται, ἀλλὰ κοινὰ ἀμφότερα ταῦτα ἀμφοῖν αὐτοῖν ἐστί, δηλώσω. Recte edunt ex Reiski coniectura ὡς δὲ οὐδὲ τῆς ἁμαρτίας οὐδὲ κτλ., nam quod Pahlius p. 5, conl. β 9, coniecit: ὡς δὲ οὐδ' ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας τοῦδε τοῦ κτλ., quoniam quid ἀμφότερα ταῦτα sibi velit non apparet, probabile non est; sed aliud est quo offendam: nam si quemadmodum nunc leguntur ita Antiphon verba scripsisset, οὗτοι dicere debebat; deinde verbis quae §. 11 leguntur ἐκ δὲ τῆς αὐτῶν τῶν ἀπολογουμένων ἀπολογίας quid antea voluerit ipse significat; quae cum ita sint, ego verba ἐξ ὧν — λέγουσιν ante δηλώσω transposuerim, cum transpositis conf. velim 6, 17.

---

bertsmam καὶ ἀπιοῦσα deleri iubere Kayseri error est) cf. Fleck. ann. 105, 248, nam mulierem abiisse e verborum contextu apparere. Quod argumentum si quando sufficiet, non modo verba, sed tota enuntiata expungenda erunt, nunc Kaysero nemo adsentietur. Praeterea affertur locus in Bekkeri anecd. 169, 30: ἐν τῇ περὶ τοῦ Ἐρατοσθένους φόνου ἀπολογίᾳ: καὶ ἐξιοῦσα προςτίθησι τὴν θύραν, quo testimonio non solum ἀπιοῦσα (nam ἐξιοῦσα ex interpretatione natum esse crediderim) defenditur, sed etiam ἀναστᾶσα καὶ quo facilius quam ἀπιοῦσα carerem; quod καί deleri posse Frohb. sibi persuasit, permiror, nam ex Lysiae orationibus similem locum proferri non posse ipse optime scivit; accedit quod orationem vir habet simplex, cui ut disserendi artis imperito tenuitas (ἰσχνότης) et nativum dicendi genus aptissima sunt.

B δ 7. ὁ μὲν γὰρ οὐδένα ὁρῶν διατρέχοντα πῶς ἂν ἐφυλάξατο μηδένα βαλεῖν; ὁ δ' ἰδὼν τοὺς ἀκοντίζοντας εὐπετῶς ἂν ἐφυλάξατο μηδένα μὴ βαλεῖν· ἐξῆν γὰρ αὐτῷ ἀτρέμα ἑστάναι. ita codices, Blassius ex Kayseri coniectura se scribere dicit ἐφυλάξατο μὴ βληθῆναι, sed num haec Kayseri sententia fuerit valde dubito; viri docti verba haec sunt: „der knabe haette sich hueten sollen μὴ βληθῆναι, nicht μηδένα βαλεῖν; dies ist also aus dem vorhergehenden durch unachtsamkeit des abschreibers wiederholt." Videtur igitur verba delenda esse censuisse, quod cum concinnitatem tollat non probo, sed verba dittographia orta esse recte vidit; neque μὴ βληθῆναι recte se habet, nam puer cum etiam ut τὸ ἀκόντιον ἔξω τῶν ὅρων τῆς αὐτοῦ πορείας ἐπὶ τὸν παῖδα ἐξενεχθὲν eum volneraret fieri posset (cf. *B β* 4) id nunquam cavere poterat; mihi oppositione verborum ἐξῆν γὰρ αὐτῷ ἀτρέμα ἑστάναι requiri videtur εὐπετῶς ἂν ἐφυλάξατο μηδενὶ ὑποδραμεῖν vel simile quid.

5, 3. πολλοὶ μὲν γὰρ ἤδη τῶν οὐ δυναμένων λέγειν ἄπιστοι γενόμενοι τοῖς ἀληθέσιν, αὐτοῖς τούτοις ἀπώλοντο, οὐ δυνάμενοι δηλῶσαι αὐτά· πολλοὶ δὲ τῶν λέγειν δυναμένων πιστοὶ γενόμενοι κτλ. alterum δυναμένων om. Apr. N., additum est, ut nunc diligenti Siggi opera constat, a man. tert., cuius correctiones mihi quidem persuasum est non pluris aestimandas esse, quam lectiones quas exhibent codices interpolati [1]) et criticorum nostrorum coniecturas. Nostro igitur iudicio utendum est, et cum ne de triplici δυνάμενοι dicam, qui δυναμένων interciderit non intellegamus, aliud verbum omissum esse statuendum edendumque est πολλοὶ δὲ τῶν λέγειν . . . . πιστοὶ γενόμενοι; erat fortasse ⟨ἐπιστα-

1) valde miratus sum quod Blassius *Γ β* 7 ὡς μὲν οὖν οὐ δικαίως κατηγοροῦμαι ἐπιδέδεικταί μοι ex *ZM* ἱκανῶς verbo recepto oratorem interpolavit, cf. *Γ δ* 9, Isae. 6, 10. Similis est locus Lys. 24, 21 εἰ γὰρ ὑπὲρ τούτων μεγίστων εἴρηκα, ubi Frohbergero ante εἴρηκα interponenti ἱκανῶς suo iure oblocutus est Kayser in Fleck. ann. 105, 260.

μένων⟩ πιστοί sicut *δυνάμενος* — *ἐπιστάμενος* sibi respondent Isocr. 3, 21. 4, 186, sed si quis aliud intercidisse contenderit verbum, ego non refragabor [1].

5, 38. *καὶ εἰ μὲν ἐγὼ τὸν ἄνδρα ἠφάνισα, αὐτοῖς ἂν τούτοις ἰσχυροτάτοις εἰς τὰ πράγματα ἐχρῶντο, — νῦν δὲ ὁπότε αὐτοὶ οὗτοι — ταῦτ' ἔφυγον, ἐμοὶ δήπου κατὰ τούτων εἶναι χρὴ ταῦτα τεκμήρια, ὡς οὐκ ἀληθῆ τὴν αἰτίαν ἐπέφερον, ἣν ᾐτιῶντο.* Respondent inter se *αὐτοῖς τούτοις* et *ταῦτα*, sed ut recte respondeant, fortius quid quam *ταῦτα* requiritur, quod ut nanciscamur ex librorum scriptura *ταῦτα τὰ τεκμήρια* leni mutatione *ταὐτὰ ταῦτα* restituemus, cf. 6, 27 [2].

5, 82 *πολλοὶ ἤδη ἄνθρωποι μὴ καθαροὶ χεῖρας ἢ ἄλλο τι μίασμα ἔχοντες.* vitium animadvertit Pahlius p. 9, sed post *χεῖρας ὄντες* verbum addi non sufficit, nam ex constanti usu ut ad *χεῖρας* articulus addatur opus est; quare scripserim *μὴ καθαροί ⟨ὄντες τὰς⟩ χεῖρας.*

5, 89. *καὶ οὐκ ἴσον ἐστὶ τόν τε διώκοντα μὴ ὀρθῶς αἰτιάσασθαι καὶ ὑμᾶς τοὺς δικαστὰς μὴ ὀρθῶς γνῶναι·* nunc Apr. *αἰτιᾶσθαι* exhibere constat, quod in textum quem vocamus recipi debet, quamquam Bekker 6, 6 eundem infinitivum, quem Aldina praebet — in libris hoc enuntiatum omissum est — in *αἰτιάσασθαι* mutavit. Saepe praesentis infinitivum excipit aoristi, cf. *Γ δ* 4. 6, 8. Lys. 14, 15. Isocr. 3, 64. 12, 263. Dem. 9, 61 saep.; non est igitur cur cum Reiskio Lys. 1, 40 *κελεύειν* in *κελεῦσαι* mutemus [3], 3, 25 cum Halbertsma *ἐξαμαρτάνειν* in *ἐξαμαρτεῖν*, Dem. 23, 81 cum Cobeto (misc. 536) *αἰτιάσασθαι* in *αἰτιᾶσθαι*. Blassius sibi non constat in hac quaestione: [Gorg] Hel. 7 edidit: *δίκαιον οὖν τὴν μὲν οἰκτεῖραι, τὸν δὲ μισῆσαι,* sed optimi

1) possis etiam *τῶν ⟨δεινῶν⟩ λέγειν.*

2) simili medicina Blassius 1, 11 sanavit, sed non minus facile ex *A ταὐτὰ ⟨τ⟩αῦτα* rescribere poterat quam ex *N ⟨τὰ⟩ αὐτὰ ταῦτα.*

3) *μένειν* ex *μὲν εἶναι* in Palatino correctum esse Schoellius testatur; eratne *μεῖναι*, pro quo librarius sibi visus est legere *μεῖναι*?

codices habent οἰκτείρειν itaque scrib. οἰκτίρειν, contra in Andocidis oratione de myst. 8 κράτιστον οὖν μοι εἶναι δοκεῖ ἐξ ἀρχῆς ὑμᾶς διδάσκειν καὶ παραλιπεῖν μηδέν, quamquam in optimo codice A est παραλ·ιπεῖν, quo a pr. m. παραλείπειν scriptum fuisse probatur.

6, 17. αἰτιῶνται δὲ οὗτοι μὲν ἐκ τούτων, ὡς οὗτος ἐκέλευσε πιεῖν τὸν παῖδα τὸ φάρμακον. Optime H. Sauppius in symb. ad emend. orat. Attic. (Gott. 1873) p. 5 locum corruptum esse demonstravit, sed quod facili sane mutatione ὡς αἴτιος ὅς ἐκέλευσε restituit non probo, cum sicut in verbis antecentibus ἀποκτεῖναι — μὴ ἀποκτεῖναι inter se respondent, sic in hoc enuntiato eandem requiram concinnitatem, quare scribendum est ὡς οὗτος ⟨ἔνοχος ὅς⟩ ut sequitur ὅτι οὐκ ἔνοχός εἰμι.

2.

Transeo ad Andocidem qui postquam de mysteriis profanatis se purgavit ut falso ab adversariis ramum oleagineum in Cereris templo deposuisse se argui demonstret, quo modo res in senatu sit gesta narrat (§. 112—116) Calliamque Hipponici filium, quamquam nemo praecone interrogante quis ramum deposuisset nomen detulisset, id quod ipsius praeconis (cf. Kirchhoffius Herm. 1, 13) testimonio confirmatur, Andocidem deposuisse se audire, lege autem patria qui hoc scelus commisisset indicta eum causa afficiendum esse capitis supplicio dicere ausum esse arguit. Neque vero rem ei bene cessisse, nam statim Cephalum extitisse Calliamque mentitum esse tam luculenter demonstrasse, ut adversarium ipsum ramum deposuisse senatui persuaderet. Deinde quo modo cum Callia inimicitias susceperit orator exponit.

Atque haec Andocides; sed ego quemadmodum exposui ita ad aliam partem oratorem transiisse persuadere mihi non possum neque qui oratores etiam rerum et notis-

simarum et minimarum testes producere solere (cf. Lys. 10, 5. 12, 61. Dem. 30, 32. Aesch. 1, 45. 65) bene meminerit, is opinor negabit, post *καταφανὴς ἦν τῇ βουλῇ αὐτὸς θεὶς τὴν ἱκετηρίαν* intercidisse testimonium et inserendum esse *καί μοι κάλει τούτων τοὺς μάρτυρας* (28) vel *ὡς δ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τοὺς μάρτυρας* (123) vel sim. *ΜΑΡΤΥΡΕΣ.*

Nam fac oratorem quae narrat finxisse, non imprudentissimus putandus esset, si ab adversariis — minimum enim temporis spatium post rem narratam praeterlapsum erat — manifestissimi mendaci convinci maluisset quam totam rem omittere? Nonne credendum eum facillima opera nonnullos corrumpere potuisse (cf. Lys. 7, 23. Isae. 4, 22. Dem. 33, 27. Lyc. Leocr. 20.) ut speciem quidem veri res haberet? Accedit quod gravissimum est: quem in senatu loquentem orator inducit, ipse non solum in iudicio aderat (*οὑτοσί*) sed erat rei *συνήγορος* (§. 150) ut nemo quin ad testimonium dicendum paratus fuerit dubitare possit.

Nonnunquam factum est, ut enuntiatum quo praeco testes citare iubetur, intercideret, cf. Ant. 5, 61. 6, 15, quos locos Blassius correxit; simile vitium omnes consentiunt contraxisse Lys. 19, 23, ubi iam Augerus, quem secutus est Sauppius, addidit *καὶ τοὺς ἄλλους μάρτυρας*, Rauchensteinius *ἔπειτα καὶ τοὺς ἄλλους μάρτυρας.* Putabant enim viri doctissimi esse in codice *Μάρτυρες* titulum, nunc postquam per Schoellium constat, scriptum esse *Μαρτυρία* titulum [1]), Westermannum verbis ⟨*κάλει μοι καὶ τοὺς ἄλλους μάρτυρας. ΜΑΡΤΥΡΕΣ*⟩ additis lacunam rectius explevisse apparet [2]).

---

1) „von *μ* ist *α* und ein stück vom *ι* mit dem rand abgeschnitten." (above *μ*: *ρία*)

2) nescio an etiam Lys. 17, 9 cum in §§ 8. 9 non solum testes se producturum sed etiam scribam tabulas quaestorias (*τὰς ἀπογραφάς*) recitaturum promiserit orator, inserendum sit: *Ἀνάγνωθί μοι καὶ τὰς ἀπογραφάς. ΑΠΟΓΡΑΦΑΙ.*

Andoc. 1, 127. *μετὰ ταῦτα τοίνυν, ὦ ἄνδρες, ὑστέρῳ πάλιν χρόνῳ.* — Blassius adnotat: „malim *ὕστερον πάλιν χρόνῳ* sicut est 2, 10" — quod etsi recte coniectum esse putaveris, exemplum tamen conlatum diversissimum esse concedes, nam 2, 10 legitur: *ἐπειδὴ δὲ χρόνῳ ὕστερον προςῆλθέ μοι ἐπιθυμία,* quo quid usitatius invenitur? Contra *ὕστερον χρόνῳ* num recte se habeat dubitaverunt viri docti; scripsit Scheibius (eique adsensus est Kayser in annal. Heidelb. a. 1862 edit.) in praef. crit. ad Isae. 6, 27 (p. XXX) „*ὕστερον χρόνῳ*] haud dubie scribendum est *ὑστέρῳ χρόνῳ*, quam meam coniecturam poenitet me non expressisse". Sed quamquam praeter locum Isaei apud oratores nullum exemplum me legere memini, cum *ὕστερον χρόνῳ* inveniatur apud Thuc. 1, 8. 3, 85. 6, 3 Plat. legg. 867 A (cf. Thuc. 5, 34), apud Isaeum cur mutemus nullam video causam. Neque vero cum constanter fere aut *χρόνῳ ὕστερον* aut *ὑστέρῳ χρόνῳ*[1]) dicatur cum Blassio insolentem compositionem in Andocidem inculcabo.

Sed nescio an locus quem Blassius contulit, 2, 10 vitium contraxerit; nam etsi non is sum qui cum Herwerdeno Lys. 13, 5 *ὕστερον* expungam[2]), ibi tamen cum in optimo libro *A* *ὕστερον* in margine legatur sententiaque verbo deleto optima verissimaque existat, margini verbum reddi malim.

Andoc. 1, 148. *ἀναμνησθέντες τῶν ἔργων νομίσατε τὰ σώματα αὐτῶν ὁρᾶν αἰτουμένων ἐμὲ παρ' ὑμῶν σῶσαι.*

---

1) *ὑστέρῳ χρόνῳ* And. 1, 149; ne quis cum *μετὰ ταῦτα* praecedat loci rationem diversam esse credat, meminerit velim Dem. 57, 42 *μετὰ δὲ ταῦτα χρόνῳ ὕστερον*, sed Dem. 20, 56 *μετὰ ταῦθ' ὕστερον χρόνῳ* legitur, cum *παμπληθεῖ* sequatur, sicut apud Antiph. 5, 31 *ὕστερον τοσούτῳ χρόνῳ*.

2) neque ut cum Benselero Isocr. 10, 26 *χρόνῳ* quod Vrbinas addidit deleatur, sufficit argumentum „melius abest propter sequentia *περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους*" (praef. XIX, 9); nonne mirum eundem Benselerum edidisse 15, 75 *δοῦναι δίκην ὑμῖν τὴν μεγίστην, ἀλλ' εἰ μὴ τοιούτοις οἵοις οὐδεὶς ἄλλος τῆς μεγίστης τυχεῖν τιμωρίας*, quamquam *τὴν μεγίστην* verba in Vrb. in margine posita sunt? (interpolata videntur ex § 51.)

Quin hic *αἰτεῖσθαι* verbum eodem modo quo ceteri oratores Andocides usurpaverit, non dubito, cf. 149 *ὑμεῖς με παρ' ὑμῶν αὐτῶν αἰτησάμενοι σώσατε;* solemne est verbum *ἐξαιτεῖσθαι*, sed simplex apud Lys. 12, 86. 27, 13. 30, 33 invenitur, quos quidem locos a Batavis omnes in suspicionem vocatos esse non sum nescius, sed causa idonea prolata non est. Si apud Andocidem traditum esset *αἰτουμένων παρ' ὑμῶν ἐμὲ σῶσαι* (cf. Aesch. 2, 149 *ἥκει δεησόμενος ὑμῶν ἐμὲ σῶσαι*) tolerarem, sed quod nunc legitur corruptum esse censeo; ni fallor *σῶσαι*, quod ex §. 149 *αἰτησάμενοι σώσατε* ortum videtur, expungendum est.

Andoc. 2, 1. *εἴπερ γὰρ ἡ πόλις ἁπάντων τῶν πολιτευομένων κοινή ἐστι, καὶ τὰ γενόμενα δήπου ἀγαθὰ τῇ πόλει κοινά ἐστι.* Quamvis verbum iteratum in Andocidis orationibus non offendat, tamen nullo alio Andocidis loco *κοινός* cum gen. coniungi satis dignum quod memoretur esse existimo, cf. 1, 90. 147. 3, 19. 34, ut fortasse *κοινή* delendum sit; simile glossema Hirschigius 1, 86 detexit.

And. 3, 5. *καὶ πρῶτον τότε τριακοσίους ἱππεῖς κατεστησάμεθα.* Non dubito quin *κατεστήσαμεν* quod Apr. [1]) dedisse videtur reponendum sit., cf. §. 7. Aeschines quem Andocidem exscripsisse notum est 2, 174 idem *κατεστήσαμεν* habet, sed 173, ubi hunc nostrum locum in suum usum vertit *προκατεσκευασάμεθα* e k l, *κατεσκευασάμεθα* d f, idque probandum esse me Vsener docuit.

Andoc. 3, 30. *τὴν συμμαχίαν ἀποδεικνύντες ὅσῳ κρείττων ἡ σφετέρα εἴη τῶν Ἐγεσταίων καὶ τῶν Καταναίων.* Miror quod C. A. Pertzius qui in programmate bonae frugis pleno „Quaest. Lys. cap. I“ Clausthaliae a. 1857 edito p. 7 Andocidem et *Ἀθηναίων* nomen et omnino populorum nomina articulo omisso ponere optime demonstravit articulum-

---

1) num etiam 4, 11 *σκέψασθε δὲ πῶς ἄν τις κακὰ μείζω τούτων παρασκευάσειεν* cum Apr. scribendum est? *κατασκευάσειεν* ex praecedente *κατεσκευάσατο* ortum esse videtur.

que 3, 31 ante Ἀθηναίων delevit, locum quem exscripsi non correxit, quo εἴη τῆς Ἐγεσταίων καὶ Καταναίων [1]) legendum esse apparet. Sed multo magis miror, quod vir doctus locos quibus τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων legitur omnes corrigendos esse non animadvertit. Demonstravit Lysiam Andocidemque ubique ante populorum nomina articulum omittere, quid dubium quin in illa formula articulus tolerari non possit? Sed accedit alterum. Leon. Spengelius in actis acad. Bavar. 3, 202 haec adnotat: „τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων fordert die attische sprache, wie die alten inschriften leren; erst spaeter und in den kaiserzeiten allgemein ist τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων; die handschriften in den rednern schwanken vielfach, je nachdem der text aus klaren oder trüben quellen geflossen ist; im Dem. haben die besten codices fast immer das richtige, bei And. steht 1, 98. 3, 5. 7. 33 ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων, 3, 2. 4. 10 ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀ., dasselbe bei Aesch. 2, 73. 3, 49, ersteres 3, 101. 156; das richtige hat sich 3, 46. 48. 90. 116. 117. 120. 258 erhalten". Quod cum paucis persuasisse videatur, — Blassius ut unum nominem locos quos debebat non correxit — quaestionem plene tractare non abs re videtur.

Ordiendum est ab inscriptionibus. In corp. inscr. Att. haec leguntur exempla: ὁ δ. ὁ Ἐρυθραίων 9. ὁ Σαμίων 56 a 7. τοῦ δ. τοῦ Ἀθηναίων 15. 36. 51, 7. 57 b 5. τῷ δ. τῷ Ἀ. 56 a 8. 57 b 9 τῷ Σαμίων 56 a 2. b 5, ex quibus apparet 50, 9. 59, 7. 9 recte legi et 9. 13, 1. 36 recte expleri τὸν δ. τὸν Ἀθ.; ex titulis Atticis qui leguntur in corp. inscr. Graec. haec exscripsi exempla: ὁ δ. ὁ Ἀθ. 87, 25 ὁ Σαλαμινίων 109, 41 τοῦ δ. τοῦ Ἀθ. 87, 10. τὸν δ. τὸν Ἀθ. 87, 7. 96, 9. 99, III, 10. 101, 4. 10. 32. 105, 17. 112, 19. 125, 1. τὸν Πειραιῶν 101, 4. 10. 32. τὸν Τροζηνίων 106, 4; in plebiscito de Chalcidensibus nuper reperto (cf. mitteilungen des archaeol. instituts 1, 184 sqq.) ὁ δ. ὁ Ἀθ.

1) τῆς τῶν iam Reiskius proposuerat.

v. 48. τοῦ δ. τοῦ Ἀ. 9. 22. 55. τῷ δ. τῷ Ἀ, 16. 29. 32. τὸν δ. τὸν Ἀ. 30. — Orator cuius verba a librariorum erroribus tutissima fuerint est Hyperides; legitur in tertia oratione p. XLIII, 4 τοῦ δ. τοῦ Ἀ. XXIII, 11. XXXIX, 22. XLVII, 20. 26 τῷ δ. τῷ Ἀ. XXII, 20. XXXII, 3 τὸν δ. τὸν Ἀ.

Iam sequatur Demosthenes[1]: ὁ δ. ὁ Ἀ. 18, 90. 91. 183. 19, 49 (ὁ τῶν s) 21, 53, 43, 66. 59, 88. 92 τοῦ δ. τοῦ Ἀ. 9, 42 (τῶν F) 18, 78 et 181 (τοῦ S Q, τῶν volgo) 19, 271 (τῶν O) 24, 149 (bis, τῶν F et altero loco A) 59, 2 (τῶν r.) 88 (τῶν F) 104. 105. τῷ δ. τῷ Ἀ. 18, 29 (τῶν Q O) 84 (τῷ S Q, τῶν volgo, ter) 118 (τῷ S F O) 184 (τῷ S F Q Y.) 21, 53 (τῶν O) 24, 33 (bis) 59, 4 (τῶν F. r.) epist. 1, 1 (τῷ S B Q) τὸν δ. τὸν Ἀ. 18, 54 (τὸν Y, τῶν v.) 91. 118 et 24, 149 (τὸν S) 59, 89 (τῶν B) epist. 3, 11 (τὸν S). — 50, 45 legitur in omnibus libris τοῦ δ. τῶν Ἀ. quod Dindorfius correxit. Praeterea invenitur ὁ Ἀθ. δῆμος 18, 185. 186. 187 τὸν Ἀ. δῆμον 18, 29. 72. 181.

Eodem modo ceterorum populorum nomina cum δῆμος verbo coniunguntur: 18, 91 τῷ δάμῳ τῷ Βυζαντίων (τῶν O) τῶ δάμω τῶ B (τῶν S B Q.) 13, 8 ὁ Μυτιληναίων δ. 15, 5 τοῦ Ῥοδίων δ. 15, 15 τῷ Ῥ. δ. 15, 28 τὸν Ῥ. δ. 9, 33 τὸν δ. τὸν Ἐρετριέων. 66 ὁ δ. ὁ Ἐρ. 18, 186 τὸν Θηβαίων δ. — Cur orator 9, 56 ὁ δῆμος ὁ τῶν Ὀλυνθίων 9, 61 ὁ δ. ὁ τῶν Ὠρειτῶν et 9, 60 τοῦ τῶν Ὠρειτῶν dixerit perspicuum est, sed cur 19, 81 ὁ δῆμος ὁ τῶν Φωκέων non video.

Iam ni fallor apparet formulam sollemnem esse ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων, praeterea dici ὁ Ἀθ. δῆμος, Ἀθ. ὁ δῆμος[2]),

---

1) Utrum formula legatur in Demosthenis verbis an in titulis postero tempore a grammaticis suppositis cum hic nihil intersit, hoc discrimen non indico.

2) haec formula in publico usu recentior esse videtur; in titulis primum nisi fallor invenitur in plebiscito (a. 362/361) quod nuper V. Koehler publici fecit iuris, cf. Mitteil. 1, 197.

formulasque has, apud Demosthenem optimi libri auxilio reductas[1]) apud ceteros scriptores Atticos restituendas esse. Locos Andocideos iam Spengelius enumeravit et emendavit, 1, 98 ante eum Osannus ad Lyc. Leocr. 125, post eum I. Droysenus de Demophanti Patroclidis Tisameni plebiscitis (Berol. 1873), tertiae orationis locos Weidner apud Blassium. Apud Lysiam inveniuntur *τῷ δήμῳ τῶν Ἀϑ.* 13, 16 et *τὸν δῆμον τῶν Ἀϑ.* 13, 51. 60. 75 (bis) 84; idem apud Isocr. 14, 15 et Arist. Thesmoph. 308 correxit Dindorfius, recte traditum est equit. 764. 832, apud Plat. Gorg. 481 E *ὁ δ. ὁ Ἀ.*, 513 A *τῷ δ. τῷ Ἀ.*, 481 D *τοῦ Ἀ.*, 513 B *τῷ Ἀ. δήμῳ*, 502 D Alc. 105 A *τὸν Ἀ. δῆμον.* Apud Aeschinem (Spengelius enim non omnes enumerat) hi inveniuntur loci: *ὁ δ. ὁ Ἀ.* 2, 60. 3, 48. 155. (*ὁ Ἀ.* M. *Ἀ.* Ah. *τῶν Ἀ.* B) *ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀ.* (*ὁ τῶν* A M. *τῶν* B *Ἀ.* m[1], i.) 2, 73. 3, 49. *ὁ δῆμος Ἀϑ.* 3, 209. (ek. *ὁ Ἀϑ. δ.* 1 k) *τοῦ δ. τοῦ Ἀϑ.* 1, 85 (*τοῦ* f) 3, 46 et 117 (*τοῦ* ek) 120. 258 (*τοῦ* k m) *τῷ δ. τῷ Ἀϑ.* 3, 237 (*τῷ* n) *τῷ τῶν Ἀϑ.* 3, 101 *τῶν Ἀϑ.* 1, 25 *τὸν δ. τὸν Ἀϑ.* 3, 116 (*τὸν* M) 3, 90 (*τὸν δ. τῶν* A *τῶν Ἀϑ. δ.* an. *τὸν Ἀϑ. δ.* x) 3, 156 (*τῶν* libri) 3, 42 *ὁ δῆμος ὁ τῶν Ῥοδίων.*

Restant historici: Thuc. 4, 46. 8, 68 *τὸν Ἀϑ. δ.* (AFHLO *τῶν Ἀϑ. δήμον* ex quo elicere possis ⟨*τὸν*⟩ *τῶν Ἀϑ. δ.*) 5, 28 *τοῦ δ. τοῦ Ἀργείων* 5, 82 *Ἀργείων ὁ δῆμος* 6, 35 *τῶν Συρακοσίων ὁ δῆμος* 8, 21 *ὁ δῆμος ὁ Σαμίων* (*τῶν Σαμ.* i.) 8, 86 *τῷ τῶν Ἀϑ. δήμῳ*, 6, 60 (bis) *ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀϑ.*, quod cum contra regulam grammaticam non faciat corrigendum esse nego, nam Thuc. cum dicat *ὁ τῶν Ἀϑηναίων δῆμος* fortasse consulto ab usu volgari recessit, sed mutandi mihi videntur 3, 47 *τὸν δ. τῶν Μυτιληναίων* (*τῶν* om LOP, *τὸν* Bk) 3, 80 *ὁ δ.* ⟨*ὁ*⟩ *τῶν Κερ-*

---

1) Dem. 18, 120 legitur *ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀϑ.*, sed in lege a grammatico supposita, qui num recte formula usus sit diiudicari non potest.

κυραίων 4, 46 τοῦ δήμου προστάται ⟨τοῦ⟩ τῶν Κερκυραίων, ibidem τῷ δ. τῷ Κερ. (τῶν, quod omittunt LO; libri)[1]) 5, 82 ὁ δ. ⟨ὁ⟩ τῶν Ἀργείων 5, 4 τὸν δ. τὸν Λεοντίνων (τῶν libri). — Apud Xenophontem in hist. Graec. 1, 7, 20 τὸν τῶν Ἀθηναίων δ. 4, 8, 27 ὁ τῶν Βυζαντίων δ. 5, 2, 17 τῷ τῶν Ὀλυνθίων δ. 6, 4, 6 ὁ δ. ὁ Θηβαίων, corrigendi 3, 5, 25 τὸν δ. τὸν Ἀθην. (τῶν libri) 7, 4, 4 τῷ δ. τῷ Ἀ. (bis, libri τῶν) 6, 5, 4 τὸν δ. τὸν Μαντινέων (τῶν libri) — in libello de rep. Athen. 1, 16 ὁ δ. ὁ Ἀθ. Ἀθ. τῷ δήμῳ, τῷ δήμῳ τῷ Ἀθ. (τῶν libri). 1, 17 ὁ δ. ⟨ὁ⟩ τῶν Ἀθ. 1, 18 τὸν δ. τὸν Ἀθ. (τῶν libri) et τοῦ δ. τῶν Ἀθ. ubi utrum τοῦ τῶν Ἀθ. an τοῦ Ἀθ. praestet ambigo[2]). Si de Thucydidis et Xenophontis locis recte iudico, a sollemni dictione recesserunt, quamquam fortasse qui omnes locos ad normam exigendos esse contendant non deerunt.

3.

Venio ad Lysiam, cuius verba ad codicem Palatinum unice revocanda esse nunc inter omnes constat; qua propter non inutiliter factum est, ut nuper assidua duorum virorum doctorum opera denuo excuteretur, dico S. P. Lamprum in Herm. 10, 257 sqq. et R. Schoellium in Herm. 11, 202 sqq., quorum alter qui loci ex codice mutandi sint ipse indicavit, alter nil fecit publici iuris nisi conlationem. Quod cum ita

---

1) vel ⟨τῷ⟩ τῶν Κερκ., nam Thucydides articulum praeferre videtur, cf. 3, 94 τὸ ἔθνος τὸ τῶν Αἰτωλῶν.

2) Aliter res se habere videtur, si pro δῆμος verbo πλῆθος dicitur. Ἐρυθραίων τῷ πλήθει C. I. A. 9. Ἀθην. τοῦ πλήθ. 9. 11. τῷ πλήθει τῶν Πλαταιῶν Thuc. 2, 3. τὸ πλ. τῶν Θεσσαλῶν 4, 18. τῶν Ἀμφιπολιτῶν 4, 105. τῷ πλ. τῶν Θηβαίων Aesch. 2, 105. τὸ Ἀργείων ου πλ. Dem. 15, 28. τοῦ πλήθους τῶν Θεσσαλῶν Dem. 8, 65 (τῶν S των Y) quod cum Dindorfio corrigere dubito, sed cum omittat articulum Andocides 1, 135 pro τὸ πλῆθος τῶν Ἀθ., nisi τῶν Ἀθ. cum Veenero delere praefers, τὸ Ἀθ. rescribere in promptu est.

sit, iuvat locos qui ex Lampri conlatione emendari posse mihi videntur hic enumerare.

1, 1 etiam Palatinus habet quod ante Reiskium legebatur εἴ ἦτε; cf. de hac lectione quam etiam Herwerdenus reduxerat Bremii adnotatio.

1, 45 habet codex τοσουτω corr. ex τοσουτο, ex quo facili opera eruis τοσούτῳ idque si quidem pr. man. correxit probandum erit; coniectura hoc invenit Gleiniger in Herm. 9, 178, sed quod omnibus locis quibus τοσοῦτον δεῖ formulam excipiat infinitivus, dativum restituendum esse dicit, minime probo, nam sexcenti essent mutandi loci, cf. praeter alios Isocr. 3, 34. 4, 134. 168. 5, 100. 7, 48. (τοσοῦτον Γ) 9, 21. 62. 10, 36. 11, 5. 12, 16. 26. Plat. apol. 30 D 35 D 37 B Phaedr. 243 C. Thuc. 2, 77. Xen. hist. Gr. 4, 6, 11. — [Lys.] 2, 28 recte στενότατον, 2, 58, ἐδήλωσεν[1]) — 3, 43 cum ἄν desit, scribo καὶ γὰρ ⟨ἂν⟩ δεινόν[2]); 6, 42 οὐκ ἂν δύναισθε, sicut ante Kayserum legebatur; 7, 19 τοῦτον ut ex C M editur etiam inest in Palatino. 8, 16 ὅτε et βοηθεῖτε, πάντ' εἴρηκα etiam X. 10, 17 τοῦτο τὸ ἐπιορκήσαντα ὀμόσαντά ἐστι, τό τε δρασκάζειν conl. 13, 1. 82. 19, 55. 32, 1[3]), simulque in codice esse quae eduntur ἀπίλλειν et διαφέρον[4]) nunc comperimus. 10, 20 νῦν τε 13, 79 σύσκηνος γενόμενος etiam X. 17, 2 scribendum quod ante Westermannum legebatur ἃ δὲ ἐχρήσατο. 17, 6 τὰ δύο. 24, 10 cum in codice legatur τοιοῦτο ζητεῖν καὶ τοῦτο φιλοσοφεῖν propono τοῦτο ζητεῖν καὶ τοῦτο φιλοσοφεῖν, conl. Isocr. 15, 121 ἀλλὰ τοῦτ' ἐφιλοσόφει καὶ τοῦτ' ἔπραττεν. 25, 13 γένοιτο X, ut ex

---

1) sed 2, 1 ἀνδρῶν cum postea additum sit, ut auctor est Schoellius, recipiendum non est.

2) hoc iam Dobraeum coniecisse nunc video.

3) cf. de hoc loco Rauchenst. in Fleck. ann. 109, 270.

4) hoc loco et Platonico, qui Euthyph. 7 D legitur, defenditur Isae. 2, 27 εἶτα τοίνυν διὰ τί διαφερόμενος ζητεῖ οὗτος τὸν ἀδελφὸν τὸν ἑαυτοῦ ἄπαιδα ποιεῖν, ubi Cobetus in Mnem. 11, 139 cum διαφέρεσθαι διά τι nusquam legatur, διαφερόμενος deleri iubet.

volg. et Frohb. et Rauchenst. scripserunt. 26, 11 praebet Palatinus ἐβούλευσεν. 27, 10 nescio an ex Palatino legendum sit καὶ γάρ τοι εἰς τοσοῦτον ἥκομεν, ὥσθ' οὓ πρότερον ἐν τῇ εἰρήνῃ οὐδὲ σφᾶς αὐτοὺς ἐδύναντο τρέφειν, νῦν ἡμῖν (legitur ὑμῖν) εἰσφορὰς εἰσφέρουσι. 28, 6 αὐτοὺς ἡγήσαντο, ex quo restituendum est αὑτοὺς. 30, 8 est in X τρισχιλίων ex quo facilius elicitur πεντακισχιλίων quam ex τριακοσίων quod Kayser legerat. 31, 5 est in codice, quod restituit Frohberger in edit. min. et eodem tempore coniecit Bambergius (in Berl. zeitschr. für gymnas. 1874, 2) ἀναγκαῖον σφίσιν. —

Ad Schbelli commentationem pauca addenda habeo:

1, 29 nescio an ἕτοιμος ἦν^μοι (εἰμί? Schoellius) sit ἦν μοι· 11, 3 pro ἐάν τις εἴπῃ restituendum est ἐάν τις φῇ, nam in Palatino est ἐάν τις φῇ (ut § 6) quod ante Scheibium legebatur cf. praef. p. IV. 13, 79 titulus etiam sine codice Μαρτυρία scribendus erat, cum si unus producitur testis, non Μάρτυς, sed Μαρτυρία adiciatur, cf. 16, 8 (Μάρτυρες m. pr.) 13. 19, 23. 21, 10. 22, 9. 31, 23 (ubi Frohb. recte Μαρτυρία addidit).

In perpoliendis Lysiae verbis plurimi novissimis temporibus posuerunt operam neque quisquam post editionem Scheibianam multa egregie emandata esse negabit, quamquam non paucae coniecturae, licet aliquot virorum doctorum adsensum adsecutae sint, probari non possunt. Pauca promam exempla. 3, 42 legitur: ἀλλ' ὅσοι ἐπιβουλεύσαντες ἀποκτεῖναί τινας ἔτρωσαν, ἀποκτεῖναι δὲ οὐκ ἐδυνήθησαν, coniecit Halbertsma in Mnem. 11, 213 ὅσοι ἐπεβούλευσαν ἀποκτεῖναι persuasitque Kaysero in Philol. 25, 312. At legitur ap. Plat. in legg. 9, 876 E ἐάν τις διανοηθεὶς τῇ βουλήσει κτεῖναί τινα φίλιον — τρώσῃ μέν, ἀποκτεῖναι δὲ ἀδυνατήσῃ. Vides post ἔτρωσαν inserendum esse μέν, sed nihil amplius mutandum, cf. etiam Ant. B β 3. Loco Platonico etiam Herwerdeni coniectura, qui prius ἀποκτεῖναι delet in anal.

crit. p. 57 optime reicitur. — 4, 3 ἐβουλόμην δ' ἂν μὴ ἀπολαχεῖν αὐτὸν κριτὴν Διονυσίοις, ἵν' ὑμῖν φανερὸς ἐγένετό ἐμοὶ διηλλαγμένος κρίνας τὴν ἐμὴν φυλὴν νικᾶν. Halbertsma in Mnem. 11, 214, cui adsentitur idem Kayser Phil. 25, 312 cum sollemnis sit usus dicere κρίνειν τινα, φυλήν, χορόν expungendum esse νικᾶν censet, nam loco Aesch. in Choeph. 903 nihil probari, cum tragicos poetas studiose ea quaerere quae abhorreant a consuetudine volgari reputandum sit, Aristophanem autem in ran. 1473 tragicum sermonem imitari. At legitur κρίνειν νικᾶν apud Plat. in legg. 2, 657 E τοῦτον δεῖ σοφώτατον ἡγεῖσθαι καὶ κρίνειν νικᾶν et in oratione contra Alcibiadem, quae ab Andocide quidem rectissime abiudicatur, attamen cum Alexandri aetati tribuenda videatur in hac quaestione non neglegenda est, § 21 τῶν κριτῶν οἱ μὲν φοβούμενοι, οἱ δὲ χαριζόμενοι νικᾶν ἔκριναν αὐτόν; multo minus tribuo loco qui in dialogo Pseudoplat. Sisypho p. 391 A legitur: οὐκοῦν καὶ τὸν πλειστάκις βάλλοντα τοῦ σκοποῦ κατ' ὀρθὸν κρίνοις ἂν νικᾶν; —

7, 22 καίτοι εἰ φῄς. μὴ δεῖν (sic ex Schoelli conlatione) τὴν μορίαν ἀφανίζοντα τοὺς ἐννέα ἄρχοντας ἐπήγαγες. Corruptam lectionem Reiskius leni mutatione correxit φήσας μ' ἰδεῖν idque quamquam improbaverunt Dobraeus et Bakius (schol. hypomn. 2, 222) post eum receperunt omnes; recentiore tempore φήσας offendit Meutznerum in commentatione de 7 orat. edita Plaviae 1860, qui cum de delatione ageretur φήνας[1]) proposuit, quam coniecturam probavit Rauchenst. in Fleck. ann. 81, 746 recepitque in editione quarta, sed cum Kayser in Phil. 25, 308 φήνας μ' ἰδεῖν tolerari posse rectissime negasset, nunc φήνας μ' ἰδὼν — ἀφανίζοντα scripsit. Quamquam non negaverim, φάσεως actionem contra eos qui sacram oleam violaverant, adhibitam esse (Rauchenst. Heffteri librum de re iudic. Athen. p. 188 conferri iubet, sed Heffteri coniecturam esse tenendum est), quid tamen

---

1) similiter iam Bakius φήνας με δὴ τὴν μορίαν ἀφανίζοντα.

Rauchensteini coniectura probata lucrati erimus? Nam nullo pacto crediderim, fieri potuisse ut adhibita quae proprie vocatur φάσις actione praeterea ἐφήγησις institueretur. Quod si recte nego, φαίνειν vocem „denuntiare“ explicandam esse apparet, sed quid tandem φήσας μ' ἰδεῖν peius est quam φήνας μ' ἰδὼν ἀφανίζοντα? Mihi videtur hoc vix Graecum, certe non Lysiacum esse; digna est quae adferatur Frohbergeri adnotatio: „dem φήνας“ inquit „ist ἰδών temporal untergeordnet und davon με — ἀφανίζοντα abhängig.“ Sed ad hanc contortam structuram defendendam similem locum non attulit neque quisquam in Lysiae orationibus invenerit. Quod sensisse videtur Hammer, qui in ephemeride Bavarica XI, 198 (cf. Berl. zeitschr. für gymn. 29, 764, Hammeri commentatiunculam non vidi) coniecit φήνας με τὴν μορίαν ἀφανίζοντα, quod ut ex ephem. Berol. 30, p. 729 comperi in eodem ephem. Bavar vol. p. 435 Kurzius probavit, sed φήνας quo Hammer φάσιν significatam voluerat recte interpretatus „si denuntiasses“ („wenn du zur anzeige gebracht haettest“) Kurzius igitur mecum de φαίνειν verbi significatione consentit, sed cur tandem φήσας μ' ἰδεῖν mutavit? („wenn du gesagt haettest, du habest mich gesehen, wie ich cet.“) Est argumentum quo primum Rauch. usum esse diu putavi, adnotat enim „da φήσας kaum eine nachweisbare att. form ist“, sed postea iam I. Bekkerum de forma φήσας dubitasse video, cum Isocr. 1, 48 pro φήσαντας ederet φάσκοντας, et Dobraeum qui ad nostrum locum adscripsit: „φήσας vereor ut sit Atticum“[1]). Qui error ne inveterascat, locos quibus legitur hic congerere operae pretium videtur; sunt hi: Thuc. 5, 111. Plat. Theaet.

---

1) accuratius Bakius l. l.: „φήσας vere Atticum non est, nam usurpatur aor. I. apud Atticos non nisi affirmandi sensu (ut Dem. 19, 168) ad quaestionem aut ad interrogationem“, sed hoc falsum esse loco quo solo partic. apud Platonem legitur probatur ὁ τὴν Ἶριν Θαύμαντος ἔκγονον φήσας Theaet. 155 D. (συμφήσας Tim. 72 D) — cf. etiam si tanti est Dem. 22, 48. 70. Aesch. 1, 114.

155 D. Isocr. 1, 48. 12, 239. Dem. 9, 1. 19, 168. 291. 22, 48. 70. 23, 139. 54, 4. 57, 4. Pseudodem. 58, 4. 42. ep. 1, 14, Aesch. 1, 114. Hyper. contra Dem. III, 26 (p. 3 Bl.) Gorgiae qui fertur pro Palamede 30[1]: *φήσας* igitur a recentioribus saepius usurpatum est, sed qua verbi forma Thucydides usus est quis eam ab aetate Lysiaca abiudicabit?

13, 34 *τότε καὶ ὁ Λύσανδρος εἰς τοὺς λιμένας τοὺς ὑμετέρους εἰςέπλευσε καὶ αἱ νῆες αἱ ὑμέτεραι Λακεδαιμονίοις παρεδόθησαν καὶ τὰ τείχη κατεσκάφη καὶ οἱ τριάκοντα κατέστησαν καὶ τί οὐ τῶν δεινῶν τῇ πόλει ἐγένετο;* Verba *καὶ οἱ τριάκοντα κατέστησαν* quae deleri iusserant Dobraeus Bakiusque quamquam Frohb. et Rauch. recte defendunt, L. Kayser in Fleck. ann. 105, 253 denuo damnat, sed optime defenduntur loco simillimo, qui viros doctos fugisse videtur Andoc. 1, 80 *ἐπεὶ δ' αἱ σπονδαὶ πρὸς Λακεδαιμονίους ἐγένοντο καὶ τὰ τείχη καθείλετε καὶ τοὺς φεύγοντας κατεδέξασθε καὶ κατέστησαν οἱ τριάκοντα κτλ.* 21, 19 *διὰ τέλους τὸν πάντα χρόνον κόσμιον εἶναι καὶ σώφρονα;* delet Cobetus *τὸν πάντα χρόνον*, quod probavit P. R. Mueller de emend. aliquot locis in orat. Lys. (Halae 1858) p. 5, quamquam ipse similis pleonasmi exempla protulit Dem. 20, 142 Antiph. 5, 50[2]) (et Maetznerum ad h. l.). Sed sunt alii loci, quibus lectio tradita, quae mihi huic loco aptissima videtur,

---

1) Xenophon saepe *φήσας* usurpat, mem. Socr. 3, 11, 1. Cyrop. 4, 1, 22. 5, 1, 24. 6, 1, 9. 7, 5, 48 cet., sed in his quaestionibus post Mommseni inventum rectius omittitur. Quantum distet dictio Xenophontea ab Attica uno probabo exemplo: Attici dicunt *διαπράττεσθαι* act. sens. (praeter Lys. 1, 38 Isocr. 17, 21 Dem. 57, 66 Lyc. Leocr. 15, ubi perf. pass. sensu legitur, Arist. equit. 93 Plut. 217. 378. Isae. 10, 9 ubi Scheibius ex Bekkeri coniectura fortasse recte *πρᾶξαι* scripsit.) Xenophon usurpat saepissime *διαπράττω*: in hist. Gr. 5, 2, 7 inst. Cyr. 1. 4, 13. 3, 2, 24. 4, 2, 40. 5, 3, 30. 8, 2, 4. 3, 20 mem. Socr. 2, 3, 13 republ. Lacedaem. 2, 10. 10, 2.

2) sed hoc loco *ἀεί* quod omissum est in Apr., in marg. post *λόγον* additum ab alt. recte deletur a Sauppio et Hugio de crit. rat. p. 15.

defenditur, Eurip. Bacch. 1260 εἰ δὲ διὰ τέλους ἐν τῷ δ' ἀεὶ μενεῖτ' ἐν ᾧ καθέστατε Theogn. 1084 ἔμπεδον αἰὲν ἔχειν ἐς τέλος ἀνδρὶ φίλῳ et' idem pleonasmus legitur Plat. Tim. 38 C ὁ δ' αὖ διὰ τέλους τὸν ἅπαντα χρόνον γεγονώς.

26, 11 ταύτην δὲ τὴν ἀρχὴν ἀξιοῖ[1] μόνος αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἄρχειν. Cobetus et Pluygersius delent μόνος, at saepe haec verba coniunguntur, cf. van Houtius in utili progr. Bonnensi (a. 1873 ed.) „De vi atque usu pronominis αὐτός adiecti ad reflexiva", p. 20[2]), qui adfert Plat. polit. 307 E remp. 604 A[3]), addo remp. 572 A Tim. 89 D Crit. 112 B Isocrat. 12, 102 ubi nescio an melius καί cum volg. omittatur.

His locis defensis ipse paucos temptabo.

1, 32 τοὺς βιαζομένους ἐλάττονος ζημίας ἀξίους ἡγήσατο εἶναι ἢ τοὺς πείθοντας· τῶν μὲν γὰρ θάνατον κατέγνω, τοῖς δὲ διπλῆν ἐποίησε τὴν βλάβην, ἡγούμενος τοὺς μὲν διαπραττομένους βίᾳ ὑπὸ τῶν βιασθέντων μισεῖσθαι, τοὺς δὲ πείσαντας οὕτως αὐτῶν τὰς ψυχὰς διαφθείρειν κτλ. Nonne necesse est scribatur τοὺς δὲ πείθοντας? nam non ei intelleguntur qui semel feminam persuadendo corruperunt, sed qui ταύτην ἔχουσι τέχνην. Praes. participio restituto accurate sibi respondent[4])

1) fortasse scrib. cum Dryandro Coniect. p. 3, quem secutus est PRMueller. in progr. Merseb. (a. 1873 ed.) ταύτης δὲ τῆς ἀρχῆς (sic libri) ⟨ἀξιούμενος⟩ ἀξιοῖ.

2) nescio num van Houtius omnes locos ubi αὐτός cum reflex. coniunctum invenitur enumerare voluerit, quod si voluit, multi eum fugerunt, quod ut demonstrem locos adscribam p. 21 sub „αὐτὸς καθ' αὑτόν" omissos: Plat. Parm. 129 AD 130 B 133 AC 135 B 158 C Tim. 51 C 58 D 75 A Lys. 220 C Phil. 18 C 51 D 53 D Theaet. 206 A. Thuc. 4, 65 Xenoph. inst. Cyr. 5, 5, 39. 7, 4, 15 exp. Cyr. 6, 2, 13 hist. Gr. 1, 1, 28. Dem. 20, 5. Pseudodem. 11, 8. Prooem. 56. Anaxim. p. 5, 7 Sp. 37, 22. 84, 7. Arist. rhet. 3, 9.

3) μόνος Cob. Var. lect. 361 hic quoque delet „alii" inquit, „μόνος αὐτός, alii αὐτὸς μόνος exhibent, quo novo indicio fraus patet"; evolve Bekkeri adnotationem criticam et videbis αὐτὸς μόνος legi in uno codice q littera insignito, cui quid tribuendum sit quis nesciat?

4) quamquam non is sum qui diversorum temporum participia

βιαζομένους — πείθοντας
βίᾳ διαπραττομένους — πείθοντας.

7, 31. ἐγὼ γὰρ τὰ ἐμοὶ προςτεταγμένα ἅπαντα προθυμότερον πεποίηκα ὡς ὑπὸ τῆς πόλεως ἠναγκαζόμην. Pauci traditam lectionem tutantur, ut mihi videtur, non recte, sed haud scio an facilius quam ⟨ἢ⟩ ὡς quod cum Marklando scribunt restitui possit ὧν ἠναγκαζόμην cf. Isocr. 15, 145 τὰς ἄλλας λειτουργίας πολυτελέστερον λελειτουργήκατε καὶ κάλλιον ὧν οἱ νόμοι προστάττουσι. — Plura de hoc usu vide apud Strangium in libello „kritische bemerkungen zu den reden des Isokrates" (Colon. a. 1831 ed.) p. 72 sq.

12, 80. μηδὲ τῆς τύχης ἣ τούτους παρέδωκε τῇ πόλει κάκιον ὑμῖν αὐτοῖς βοηθήσητε. Recte offendit in tradita lectione Funckhaenelius in Fleck. ann. 103, 46 duasque coniecturas conl. Dem. 4, 12 proposuit: ὑμῖν ὑμεῖς αὐτοὶ vel simplicius ὑμῖν αὐτοί; sed miror quod Frohb. et Rauch. (in ed. sept.) receperunt ὑμῖν ὑμεῖς αὐτοὶ quod nisi egregie fallor in usu non erat; invenies enim aut αὐτοὶ ὑμῖν αὐτοῖς aut ὑμεῖς ὑμῖν αὐτοῖς aut ὑμεῖς αὐτοὶ ὑμῖν αὐτοῖς (Pseudoplat. Menex. 243 D), nusquam quod viri docti scripserunt. Quod cum ita sit, correxerim ⟨ὑμεῖς⟩ ὑμῖν αὐτοῖς, vide praeter locum a Funckh. conl. Dem. 24, 157 ὥσπερ τοίνυν αὐτοὶ σφίσιν αὐτοῖς βοηθοῦσιν ἐφ' ὑμᾶς, οὕτω δεῖ καὶ ὑμᾶς ὑμῖν αὐτοῖς βοηθῆσαι.

---

coniungi posse negem, tamen nonnullos locos corrigendos esse probabile mihi videtur. Antiph. 5, 96 οὔτε τὸ ὑμέτερον εὐσεβὲς παρεὶς οὔτε ἐμαυτὸν ἀποστερῶν τὸ δίκαιον quia neque παρίησι neque ἀποστερεῖ corrigo παριείς. — Dinarch. 2, 17 ἔπειτα ἐν τοῖς νόμοις δώρων γραφὰς ποιήσαντες καὶ κατὰ μόνου τούτου τῶν ἀδικημάτων δεκαπλασίαν ἐπιτιθέντες τοῦ τιμήματος τὴν ἔκτισιν, — quamvis ἐπιτιθέντες defendi possit, tamen oratorem inter tria praes. participia unum aor. interposuisse non crediderim, nam quin Blassius recte ἀνακρίνοντες correxerit non dubito. Si mecum ἐπιθέντες scripseris, bene oratorem distinguere intelleges: ποιούμενοι et ἀνακρίνοντες dixit, quia ἀραὶ et ἀνακρίσεις semper fiebant, ποιήσαντες et ἐπιθέντες, quia semel constituerant.

13, 82. *ὑπολαμβάνειν χρὴ εἰ Ἄνυτος αὐτῷ ἐγένετο αἴτιος μὴ ἀποθανεῖν ἑτοίμων ὄντων τιμωρεῖσθαι καὶ ἔρριψεν αὐτοῦ Αἴσιμος τὴν ἀσπίδα καὶ οὐκ εἴα μετὰ τῶν πολιτῶν πέμπειν τὴν πομπὴν καὶ εἴ τις αὐτὸν ταξίαρχος εἰς τάξιν τινὰ κατέταξε.* Sauppius *μετὰ τῶν πολιτῶν* verba delenda esse rectissime animadvertit, sed verbis deletis oratoris manum restitutam esse nego; nam *πέμπει* [1]) *τὴν πομπήν*, qui pompam instituit, *ἡ πόλις*, universi cives, *οἱ στρατηγοὶ* Dem. 4, 26. Arist. Acharn. 248 Eccles. 758 Thuc. 6, 56 Plat. rep. 327 A Xenoph. hipp. 2, 1. *ὁ ἱερεύς* Arist. av. 849.: *Ἀγόρατος συμπέμπει* cf. Lys. 13, 80. 81. Isae. 6, 50., idque mihi rescribendum videtur. Hoc restituto *μετὰ τῶν πολιτῶν* verba ut *συμ-* praep. explicaretur ad marginem adscripta esse manifestum erit. — Vtrum verba *καὶ εἴ τις — κατέταξε* cum Halbertsma delenda sint an ante *καὶ ἔρριψεν* transponenda ita ut orator quod 78. 79. 80—81 dixerat eodem ordine *κεφαλαιωδῶς* repetat diiudicare non ausim, sed quo nunc loco leguntur ea tolerari non posse mihi certum est.

13, 96. *ὧν μὲν τοίνυν ἐκεῖνοι θάνατον κατέγνωσαν, ὑμεῖς ἀποψηφίσασθε· ὧν δ' ἐκεῖνοι θάνατον οὐ κατέγνωσαν, ὑμεῖς καταγιγνώσκετε· οἱ τριάκοντα τοίνυν τῶν μὲν ἀνδρῶν τούτων θάνατον κατέγνωσαν, ὧν δεῖ ὑμᾶς ἀποψηφίζεσθαι, Ἀγοράτου δὲ ἀπεψηφίσαντο, οὗ προςήκει καταψηφίζεσθαι.* Nonne scribendum *ὑμεῖς καταψηφίσασθε*, ut responsio quam in huiusmodi enuntiatis necessariam puto, restituatur

κατέγνωσαν — ἀποψηφίσασθε
οὐ κατέγνωσαν — καταψηφίσασθε?

Qua mutatione probata eiusdem modi imperativus utroque loco legitur, quem Herwerdenus requirens *ἀποψηφίζεσθε* scripsit.

25, 14. *εἰ δὲ οἱ τότε δυνάμενοι μὴ ἠξίουν μοι μετα-*

---

1) vel *ποιεῖ* Thuc. 6, 58 Xenoph. exp. Cyr. 5, 5, 5. Postero tempore *πομπεύειν* vel *συμπομπεύειν* dicebatur: alterum primum me legere memini apud Aesch. 1, 43 (epist. 10, 3) alterum apud Anaxim. 11, 13 Sp. 13, 7.

διδόναι τῶν πραγμάτων πῶς ἂν φανερώτερον ἢ οὕτως ψευδομένους ἀποδείξαιμι τοὺς κατηγόρους; Non dubito quin *ἢ οὕτως* verba quae cum supervacua sunt frigentque tum absunt loco simillimo 7, 11 *πῶς ἄν τις φανερώτερον ἐξελέγξειε ψευδόμενον τὸν κατήγορον;* expungenda sint, cf. etiam 29, 7. 13, 77. Dem. 57, 55. 67. Pseudodem. 48, 45. 50. Isocr. 4, 65. 15, 101. — Simili modo 27, 7 interpolatum est, ubi *ἢ νῦν εἰσι* PRMueller de emend. loc. aliq. p. 5 rectissime delevit, et 15, 3 ubi *ὥσπερ καὶ νῦν* cum Dobraeo deleri malim quam cum Rauch. (in Fleck. ann. 93, 661) *ὥσπερ ἐκεῖνοι νῦν* aut cum Frohb. *ὥσπερ καὶ νῦν ὑμεῖς* scribi [1].

28, 3. *καὶ τῶν οἴκων τῶν ὑμετέρων μεγάλων ὄντων καὶ τῶν δημοσίων προσόδων μεγάλων οὐσῶν.* Quamquam non ignoro Blassium hist. eloq. 1, 456 hunc locum inter eos enumerasse „wo die kürze dem parallelismus zum opfer gebracht wird" nihilominus cum ullum locum ubi tam insuaviter verbum repetitum sit adferri posse negem Lysiam *μεγάλων οὐσῶν* scripsisse persuadere mihi non possum; certe dicturus erat *οὐ μικρῶν οὐσῶν* vel simile quid; vide e. c. quomodo variaverit 7, 26. 12, 7. 13, 2; mihi nescio quis nominis *πρόσοδος* feminino genere commotus verba adscripsisse videtur, quamquam ut aliud verbum loco suo amotum sit fieri posse non negaverim.

28, 12. *οἶμαι δ' Ἐργοκλέα ἐρεῖν ὡς ἀπὸ Φυλῆς κατῆλθε καὶ ὡς δημοτικός ἐστι καὶ ὡς τῶν κινδύνων τῶν ὑμετέρων μετέσχεν.* Haecine tu Lysiam scripsisse putas? malus, me hercle, iudex Favorinus apud Gellium 2, 5: „Si ex Platonis", inquit, „oratione verbum aliquod demas mutesve atque id commodatissime facias, de elegantia tamen detraxeris, si ex Lysiae, de sententia", nam ego non verbum solum,

---

1) fortasse etiam Isocr. 19, 45 *ὥστ' οὐκ ἂν δήπου φθονήσειεν, εἴ τις περὶ τοὺς παῖδας. αὐτοῦ χρηστὸς γενόμενος τῆς αὐτῆς δωρεᾶς ἧσπερ ἐκεῖνος ἠξιώθη* verba *ἧσπερ ἐκεῖνος* delenda sunt; nam ne ea frigere premam nonne dicendum erat *ἧσπερ αὐτός*?

sed totum enuntiatum *καὶ ὡς τῶν κινδύνων τῶν ὑμετέρων μετέσχεν* demam neque quisquam requiret, nam *ἀπὸ Φυλῆς κατελθεῖν* idem illo tempore significat quod *τῶν τοῦ δήμου κινδύνων μετασχεῖν*, neque aliter se defensurus erat Agoratus 13, 77 *συγκατελθεῖν ἀπὸ Φυλῆς* idemque dicit de Epicrate Dem. 19, 277 *πολλὰ χρήσιμος τῇ πόλει καὶ τῶν ἐκ Πειραιῶς καταγαγόντων τὸν δῆμον καὶ ἄλλως δημοτικός*. Sed hoc solum non sufficit, accedit quod miro leguntur ordine enuntiata: artissime enim coniungenda erant *ὡς ἀπὸ Φυλῆς κατῆλθε καὶ ὡς τῶν κινδύνων τῶν ὑμετέρων μετέσχεν*. Quae cum ita sint, verba quae explicarent *ὡς ἀπὸ Φυλῆς κατῆλθε* e sequentibus (§. 13) *τῶν ὑμετέρων κινδύνων μετέσχον* ad marginem scripta mihi delenda videntur.

31, 26. *ἄξιον δὲ καὶ τόδε ἐνθυμηθῆναι, ὅτι εἰ μέν τις φρούριόν τι προὔδωκεν ἢ ναῦν ἢ στρατόπεδόν τι* recte ad *νόμον εἰςαγγελτικόν* refert Herm. Hager in dissertatione „quaest. Hyp. cap. duo", (Lips. 1870), p. 57, sed secundum locos p. 54 adlatos (Hyper. pro Euxen. p. XXIII, Poll. 8, 52 lexic. Cantabr. 667, 13 — Dem. 20, 79) hic quoque *ναῦς* restituendum esse non vidit, cf. velim etiam Arist. ran. v. 362 *ἢ προδίδωσιν φρούριον ἢ ναῦς*.

Ad fragm. Lysiaca addendum est, quod legitur in lexico Vindob. 98, 14 *ἦλθε τὰ ὀστᾶ, ἦλθε τὰ ξύλα, ἀντὶ τοῦ ἐκομίσθη· οὕτω Λυσίας καὶ Δημοσθένης* [1]).

4.

Isocratis locos aliquot nuper Cobetus in epimetro variis lectionibus addito p. 515—522 egregie correxit, sed est ubi immerito offenderit. Sic 12, 104 *Κλέαρχον* delet, (p. 520) nam Isocratem probe novisse, Spartanos publice copiis Cyrum

---

1) casu factum est, ut accuratissimam H. Sauppi diligentiam fugeret fragm. Hyperidium, quod apud Poll. 7, 18 invenitur *σιτομέτραι*, sed idem Blassium fugisse nonne mirum? Idem ad Hyp. pro Lycophr. VII omisit testim. Poll. 8, 52.

adiuvisse, quibus Chirisophum praefecissent; sed vir doctissimus meaque laude maior oratores ducem fuisse Clearchum consentire oblitus esse videtur, cf. 8, 98. 5, 90. 97 Dem. 15, 24. — 1, 29 *μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον* „immo vero *ἀόριστον*“ Cob. p. 515, nullo argumento addito, neque mihi esse ullum videtur, nam similiter dicit personatus Phocylides 117 *τὸ δὲ μέλλον ἄδηλον* et cuius testimonium ad v. 26 eiusdem carminis Bergkius adfert Philo fragm. tom. 6, 207 Lips. (quem Isocratis locum respexisse apparet) *μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς, κοινὴ γὰρ ἡ φύσις καὶ τὰ ἐπιόντα ἄδηλα.* — 4, 140 *αἰσχρῶς ἀπηλλάγησαν* mutat p. 518 in *αἰσχρῶς ἀπήλλαξαν*, nam „dicebant Graeci *ἀπαλλάττομαι ἀζήμιος, ἀθῷος* et sim., sed *εὖ, καλῶς, κακῶς, καταγελάστως, αἰσχρῶς ἀπαλλάττω.*“ At nulla regula sine exceptione, nam etiamsi Plat. rep. 366 A *ἀζήμιοι ἀπαλλάξομεν* facile mutare possis, nescio tamen quo modo corrigere velis Plat. Gorg. 457 D *αἴσχιστα ἀπαλλάττονται*[1]. — Haec tamen levia sunt, sed vitio vertendum duco viro de scriptoribus Atticis meritissimo, quod multis locis lectiones quae iam dudum ante Benselerum in textu legebantur ut suas protulit emendationes, nam Cobetum praeter editionem Benselerianam nullam adhibere paucis mihi demonstrare liceat: 4, 62 post *πόλιν* inserit articulum, qui in edit. Bens. typothetarum errore omissus esse videtur (ut ap. Cob. pro *κινδύνους* legitur *κίνδυνον*). 4, 96 *ἔτλησαν* mutat in *ἐτόλμησαν*, „quia *ἔτλησαν* poetarum est et Isocrates verbis poeticis de industria abstinet“, ex Vrbinati codice ediderunt omnes *ἐτόλμησαν*, unus Bens. ex Arist. rhet. 3, 7 et Dion. Hal. de vi Dem. 40 *ἔτλησαν* restituit. 5, 88 mutat *ἐνΕΣΤηκυίας* in *ἐνΤΕΤηκυίας*, sed *ἐνεστώσης* praebet liber,

---

1) Isocr. 18, 66 *ἀσμένως ἀπαλλαττομένων*, sed Plat. rep. 496 E *ἵλεώς τε καὶ εὐμενὴς ἀπαλλάξεται.* — *ἀσφαλῶς ἀπαλλάττεσθαι* Thuc. 8, 89 Plat. legg. 948 C. Lyc. Leocr. 114, ubi van den Essius *ἀπήλλαττον* requirit, immerito, cf. Rehdantzius ad Lys. p. 155.

ἐνεστηκυίας est Bens. qualiscunque correctio. 6, 24 „*οἰκοῦμεν ἐνδόντων* syllaba male repetita“, sed repetiit Bens. ex Laurentiano, *δόντων* Vrb. — 7, 54 *περιΠΟΙοῦσιν* emenda *περιΑΠΤουσιν*“, sed *περιποιοῦσιν* ex volg. Bens., *ποιοῦσι* Vrb. Atque haec sufficiant[1]), sed tantum abest ut Cobetum mults locis editionem Bens. correxisse mirum videatur, ut quod non pluribus locis fecerit mirer. Nam ut pauca promam exempla, tune intellegis quod Bens. 19, 11 scripsit *τὸ δὲ τελευταῖον φθόῃ σχόμενον αὐτὸν καὶ πολὺν χρόνον ἀσθενήσαντα — ἐθεράπευσα*? ego nullius memini loci ubi *ἐσχόμην* passive usurpetur; quod libri praebent *ἰσχόμενον* non contra grammaticam facit, quamvis cum *ἴσχεσθαι* nullo alio apud Isocratem inveniatur loco et hiatus vitiosus esse videatur, sanum vix sit; conicio *κατεχόμενον* (6, 44). — Tune 10, 61 *οἵτινες ἂν αὐτοὺς εὐσεβῶς κάτω καταχαλέσωνται* intellegis quid sibi velit *κάτω*? sed non probo volgatam quam Cobetus restitui iubet lectionem *εὐσεβῶς ἐπικαλέσωνται*, quoniam quomodo *κάτω* ortum sit non apparet neque recte Cobetus: „non est“ inquit „aliud verbum de iis qui deorum opem implorant quam *ἐπικαλεῖσθαι*“, cf. Plut. Them. 13. Poll. 1, 26 *κατακαλεῖν θεοὺς* (ut Appianus Pun. 81) 1, 29 *κατάκλησις θεῶν*; — *κάτω* dittographia quam dicunt ortum est. — Tune probas 17, 34 *κατεσφραγισμέναι δ' ὑπὸ τῶν πονηρῶν* (*χορηγῶν* vol.), *ἐφυλάττοντο δ' ὑπὸ τῶν ταμιῶν κτλ.*? Dignane sunt quae audiantur Benseleri

1) lectorum commodum pecuniamque minime curat Cobetus. Proponit coniecturas Demosth. in Mnem. voluminibus, recipit in novas lect., denuo easdem proponit in nova Mnem. serie, recipit in miscellanea. Cur iterum iterumque easdem proponit? putatne novas lect. in solis Orci tenebris legi? multas iamdudum editores recentiores receperunt. Sed fortasse omnes Demosthenicas in unum congerere voluit locum; at tum lectores multo brevius ad nov. lect. ablegare poterat neque aliter coniecturas in variis lect. propositas commemorare debebat. — Multos locos egregie Cobetus in miscell. emendavit, sed aliquot corrupit, cf. [Dem.] 11, 6 *οἱ λοιποὶ ἅπαντες*, 12, 11 *εἰ ἐγκαταλιπών*, 12, 18 *εἶναι ὅτι*.

verba praef. XLIII, 6 „scelesti homines isti ipsi choregi qui obsignaverant, uti videtur, fuerant"!

Non paucis locis Bens. immerito Vrbinatis lectiones neglexit, cf. velim 2, 2 ubi Γ omisit ἔργων, quod non requiro cf. §. 6. 2, 8 recte Γ καὶ τοὺς τὰς δυναστείας ἔχοντας καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῖς ὄντας — 3, 63 cum Ι ὁμοίως omittere debebat, 5, 53 καλλίστην γὰρ μάχην νικήσαντες καὶ δόξαν ἐξ αὐτῆς μεγίστην λαβόντες ex Γ recipere debebat, est positio quae vocatur chiastica; haec etiam reducenda est 2, 36. καλῶς τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζῆν αἰσχρῶς[1]) — 6, 31 non est cur ἀδικουμένοις reiciatur, vide Lys. 3, 19. — 6, 59 εἰκὸς γὰρ καὶ τὴν τῶν θεῶν εὔνοιαν[2]) γενέσθαι μετὰ τούτων, recte in Γ traditur, vide nunc de εἰκός cum aor. inf. coniuncto Madvigium in advers. 1, 177 (si quid mutandum esset γενήσεσθαι scribi debebat). 11, 46 γενομένων recte Γ, nam εἰ μεγάλαι αἰτίαι γένοιντο (cf. Lys. 25, 13) καὶ τοῦτόν τις τὸν τρόπον σοι συνείποι si scriptum esset quis hoc recte se habere negaret? — 12, 39 ex τοῦ ἀγῶνος efficere debebat τἀγῶνος, non articulum delere, quem necessarium esse nemo infitiabitur. — 18, 68 καὶ γὰρ ἂν εἴη δεινόν, εἰ τοὺς μὲν ἠδικηκότας τιμωρίας ἀφεῖναι κύριαι γένοιντο, ἐφ' ἡμῖν δὲ τοῖς εὖ πεποιηκόσιν ἄκυροι κατασταθεῖεν corrupit Bens., recte in Vaticano legitur ἐγένοντο, nam quod re vera factum est, orator profert, hiatum autem in orationibus iudicialibus minus accurate evitavit; in proximis verbis

---

1) non paucis locis verborum conlocatio ex Γ restituenda est, quam plerumque ut hiatum vitaret Bens. sprevit, 5, 55. 6, 17. 8, 115 ubi elisio adhibenda erat. — Num 1, 40 ubi Blassius hist. eloq. 2, 257, 4 lectionem volgatam defendere videtur lenius scribendum est φιλόπονος εἶναι?

2) Pseudodem. 11, 16 τὴν ⟨παρὰ⟩ τῶν θεῶν εὔνοιαν Cob. miscell. 473 requirit, quod necessarium esse nego; τὸ τῶν θεῶν εὐμενὲς Dem. 4, 45, ἡ τῶν πολιτῶν εὔνοια Isocr. 10, 37, τῆς πατρίδος Hyp. apud Stob. 134, 36. — Sed ἐν παρόδῳ emendabo personatum Demadem § 6 ἡ παρ' ὑμῖν ἐλπὶς δὲ δικαία, quod nihili est, restituo παρ' ὑμῶν, cf. Dem. 4, 43. 19, 51. Pseudodem. ep. 1, 1. Isocr. ep. 4, 8 Plat. legg. 817 B.

ἐποίησαν ἤδη cum Vatic. scribo, quoniam universe de foederibus orator loquitur. 19, 8 ἠγάγετ' ἀνεψιὰν secundum Γ restituo, cf. §. 7 ἔγημεν ἀδελφήν. — Sed haec quae facile augere possum exempla sufficiant, addo pauca ubi ex corrupta Vrbinatis lectione veram eruendam esse puto.

12, 50 Bens. edidit οἱ δὲ πατέρες ἡμῶν ἀνάστατοι γεγενημένοι καὶ τὴν πόλιν ἐκλελοιπότες, Bk. γενόμενοι, est in Γ γεγονασινμενο, ex quo nescio an eliciendum sit γεγονότες.

14, 63 μνησθέντας καὶ τῆς ἡμετέρας εὐνοίας καὶ τῆς τούτων ἔχθρας ψηφίσασθαί τι περὶ ἡμῶν δίκαιον Bens. ex Γ scripsit, cum Bk. volgatam secutus τὰ δίκαια περὶ ἡμῶν edidisset. Vrbinatis lectio, cum ubique dicant oratores ψηφίζεσθαι vel τὰ δίκαια vel τὸ δίκαιον, num recte se habeat valde dubito, scribendum propono τὸ περὶ ἡμῶν δίκαιον, sicut est Isae. 1, 36.

16, 19. μεταπεμψαμένων αὐτὸν (Alcibiadem) τῶν στρατηγῶν. Cum Thuc. 8, 81 de hac re narret Θρασύβουλος ἐπ' ἐκκλησίας ἔπεισε τὸ πλῆθος τῶν στρατιωτῶν καὶ ψηφισαμένων αὐτῶν Ἀλκιβιάδῃ κάθοδον et Plut. Alc. 26 οἱ δ' ἐν Σάμῳ ταῦτα πυνθανόμενοι καὶ ἀγανακτοῦντες μεταπεμψάμενοι τὸν Ἀλκιβιάδην καὶ στρατηγὸν ἀποδείξαντες ἐκέλευον ἡγεῖσθαι καὶ καταλύειν τοὺς τυράννους· ὃ δ' οὐχ οἷον ἄν τις ἐξαίφνης χάριτι τῶν πολλῶν μέγας γεγονώς, nescio an sit στρατιῶν quod Vrb. praebet mutandum in στρατιωτῶν. Conferas velim etiam §. 16 στασιαζόντων τῶν πολιτῶν, διαφερομένων δὲ τῶν στρατιωτῶν πρὸς τὰς ἀρχὰς τὰς ἐνθάδε καθεστηκυίας.

17, 54 μάρτυρας ἡγουμένους οἷόν τ' εἶναι καὶ τῶν μὴ γεγενημένων παρασκευάσασθαι, Γ habet παραγενομένων, i. e. πεπραγμένων, cf. Lys. 19, 4 ubi contrarium vitium Dobraeus sustulit.

19, 36. ἀλλὰ πάντες ἂν μαρτυρήσειαν Σίφνιοι τοὺς προγόνους τοὺς ἐμοὺς πρώτους εἶναι τῶν πολιτῶν ex volg. scribitur, sed quod in Γ legitur λοιδορήσαιεν non video quomodo ex μαρτυρήσειαν ortum sit; conieceram συγχωρήσειαν

vel ὁμολογήσειαν, sed veram emendationem debeo Buechelero: πάντες ἂν ΜΟΙΛΟΙΗΣΑΝ, (quod primum abiit in ΛΟΙΛΟΡΗΣΑΝ, tum in λοιδορήσαιεν), nam et pronomen adicitur apte neque raro δοῦναι idem valet quod συγχωρῆσαι, cf. Plat. Phaed. 100 B Charm. 163 D. — Fortasse ex rariore verbi forma (de qua cf. Krueg. gramm. 36, 8, 1) vitii origo repeti debet.

20, 7. χρὴ μὴ τοῦτο σκοπεῖν, εἰ μὴ σφόδρα συνέκοψαν, ἀλλ' εἰ τὸν νόμον παρέβησαν. Quod in Γ est παραβέβηκεν lenius in παραβεβήκασιν corrigo, quod tempus sensui aptius est quam aoristus.

Praeterea hos locos temptaverim:

4, 179 ὥσπερ πρὸς τὸν Δία τὴν χώραν νεμόμενος, ἀλλ' οὐ πρὸς ἀνθρώπους τὰς συνθήκας ποιούμενος. Vt aequabilitatem restitueret membrorum, Bens. ex volg. articulum ante ἀνθρώπους recepit, sed rectius ante Δία delevisset; nam etiamsi Iovis nomen 11, 13 quoque cum articulo legitur, quoniam viciens bis (1, 50. 3, 26. 42. 4, 60. 9, 13. 14. 81. 10, 16. 20. 23. 38. 42. 43. 52. 53. 59. 11, 10. 35. 37. 12, 72. 205. epist. 9, 3)[1] extat omisso articulo, illi loci in suspicionem vocandi esse mihi videntur[2].

7, 43. ἐν μόνοις γὰρ ἂν τούτοις ἐμμεῖναι τοὺς ἐλευθέρως τεθραμμένους καὶ μέγα φρονεῖν εἰθισμένους. Post Schaeferum (app. crit. ad Dem. 3, 123) Herwerdenum, Frohbergerum (Phil. 38, 525) nuper Rehdantzius (ad Lyc. Leocr. p. 150) egit de formulis ἐμμένειν ἔν τινι et ἐμμένειν τινί, sed cum parum accurate[3]) locos conlegisse videatur, ipse quos mihi iam ante adnotaveram hic conponam: — legitur ἐμμένειν τινί Thuc. 2, 72. 4, 19. 5, 18. 31. 47. 56. 8, 23 Plat.

---

1) 3, 26 ante Γ conlatum legebatur articulus. — 9, 57 τὸ τοῦ Διὸς ἄγαλμα τοῦ σωτῆρος aliter se habet.

2) iam antiquitus videtur corruptus esse locus, nam schol. ad Arist. Iebb. 1, 127 t. III p. 141, 8 Dind. legit articulum, cf. Baiter ad loc.

3) sexaginta sex se novisse dicit, ubi ἐμμένειν τινί legatur.

apol. 38 C. 39 B 49 E 50 A C. 53 A. rep. 345 B 619 C. legg. 784 C 840 E 867 D 875 B Hipp 353 B Phaed. 92 A Pol. 292 B. Theaet. 185 C Charm. 173 E Xen. hist. Gr. 2, 4, 43. 5, 1, 35. 3, 26. 6, 5, 2[1]) mem. Socr. 4, 4, 4. 16. rep. Athen. 2, 17. Ages. 1, 11. — Lys. 25, 23. 28. 34. 31, 2. Isocr. 1, 13 (bis) 51. 2, 38 3, 43. 56. 62. 4, 81. 5, 95. 6, 1. 21. 61. 7, 38. 41. 8, 136. 9, 7. 29. 81. 11, 26. 27. 12, 32. 95. 174. 197. 212 (250 corr. Coraes) 13, 20. 15, 12. 170 188. 221. 18, 11. 24. 25. 67. epist. 5, 5. 7, 1. Isae. 5, 31. 33. 11, 9. Dem. 16, 15. 20, 37. 23, 172. 27, 1. 33, 15. 37, 20. 31. 41, 14. 44, 65. 57, 12. Pseudod. 12, 1. 17, 1. 5. 8. 14. 21. 18, 39. 25, 17. 26, 2. 4. 8. 40, 11. 31. (bis) 41. 42. 46. 58, 55. 59, 46. ep. 1, 3.. Dinarch. 1, 87. Anax. 86, 10 Sp. 90, 8. — ἐμμένειν ἔν τινι Thuc. 4, 118. Isocr. 7, 43. 8, 109 Pseudodem. 17, 12. 14. 40, 39. Plat. legg. 844 C Lyc. Leocr. 82[2]). Vides ἐμμένειν tralaticie usurpatum cum dativo coniungi 109 locis (quorum apud oratores leguntur 75, apud Isocr. 37) cum ἐν praep. 8 vel rectius. 6, nam orationem quae est in Demosth. 17 declamator postero tempore conscripsisse videtur. Estne verisimile, si ἐμμένειν ἐν τοῖς ὅρκοις recte diceretur hoc tam paucis locis reperiri? Vide quomodo librarii dormitantes ἐν inculcaverint: Pseudodem. 40, 42 F Q, Dem. 27, 1 ἐν Bavaricus exhibent. — At Rehdantzius titulos attulit[3]). Scio equidem, sed his nihil probatur, quippe qui sint Cretica dialecto[4]) tertioque a. Chr. n. saeculo scripti et quod addit „es ist keine seltene erscheinung, dass das ursprüngliche vereinzelt in gewissermassen feier-

1) 3, 4, 6 ἐπέμεινε ex Agesilao in ἐνέμεινε corrigendum videtur, ut fecit Schneider; Isocr. 12, 32 habet Clem. Alex. qui in strom. 5, 687 P locum adfert, ἐπιμ — pro ἐμμ.

2) de Hyp. pro Lycophr. VI, 18 cf. Frohb. Philol. 33, 526, n. 46.

3) C. I. Gr. 2, 399 v. 190 ἦ μὰν ἐγὼ τοῖς Ὀλοντίοις ἐμμενίω ἐν τᾷ φιλίᾳ καὶ συμμαχίᾳ καὶ ἰσοπολιτείᾳ καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμενίω et 409, 19 ἐμμενῶ ἐν τοῖς συγκειμένοις.

4) defenderetne si forte apud Lycurgum χρῆσθαι cum acc. traditum esset Rehdantzius versu 61 καὶ τὰ ἄλλα πάντα χρήμενοι?

licher anwendung erhalten bleibt, wie vielleicht bei Lyk. hier" vellem elegantissimi iudici virum de hac re copiosius egisset; nam me nullum discrimen sentire ingenue fateor. Quae cum ita sint, ab Atticis scriptoribus *ἐμμένω ἔν τινι* translato sensu usurpari nego, dicebant *ἐμμένω τινί* vel *μένω ἔν τινι* (cf. Isocr. 8, 33. 102) [1]).

8, 23 *τὴν δημοκρατίαν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ δὶς ἤδη καταλυθεῖσαν καὶ τὰς φυγὰς καὶ τὰς ὑπὸ τῶν τυράννων καὶ τὰς ἐπὶ τῶν τριάκοντα γενομένας οὐ διὰ τοὺς συκοφάντας κατελθούσας.* Interpretantur *τοὺς τυράννους Πεισιστρατίδας*, (sicut est And. 1, 106) sed qui proxima verba *ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ δὶς ἤδη καταλυθεῖσαν* consideraverit, fortasse mecum *τοὺς τετρακοσίους* intelleget. Quod si recte statuo, apud And. 1, 75 cum Dobr. *τετρακοσίων* pro *τυράννων* scribatur necesse non est, cf. etiam Plut. Alc. 26, quem locum supra p. 50 exscripsi.

10, 5. *πολὺ κρεῖττόν ἐστι περὶ τῶν χρησίμων ἐπιεικῶς δοξάζειν ἢ περὶ τῶν ἀχρήστων ἀκριβῶς ἐπίστασθαι καὶ μικρὸν προέχειν ἐν τοῖς μεγάλοις μᾶλλον ἢ πολὺ διαφέρειν ἐν τοῖς μικροῖς καὶ τοῖς οὐδὲν πρὸς τὸν βίον ὠφελοῦσιν.* Primum orator loquitur de utilitate (*χρησίμων — ἀχρήστων*) deinde de magnitudine (*μεγάλοις — μικροῖς*); quid igitur sibi volunt verba *τοῖς μηδὲν πρὸς τὸν βίον ὠφελοῦσιν*? nonne idem significant, quod modo *ἄχρηστα*? mihi his verbis et membrorum aequabilitas et antithetorum vis tolli videtur, quae ut restituantur verba expungenda censeo; — eiusdem

---

1) plane quod Rehdantzius p. 128 de *τὸ καθ' αὑτὸν μέρος* formula disputat probo, sed locus quo optime demonstratur *τὸ καθ' αὑτὸν μέρος* recte dici eum fugit; legitur apud Plat. Crit. 49 C *ἐν τῷ καθ' αὑτὸν μέρει*. Praeterea addo ad a: Dem. 19, 108 (non 107) Plat. legg. 731 B. epinom. 985 E Crit. 50 B (non E), ad b: Sophocl. Ant. 889, ad c: [Dem.] 25, 22. 87. 18, 246. — 25, 19 *τὸ* add. Dobr. 50, 13 Cob. n. l. 589 (operarum errore legitur 50, 18) 50, 59 Hertleinius. Xen. oec. 11, 9 Weiskius. — *κατὰ τὸ ἐμὸν μέρος* legitur praeterea ap. Isae. 9, 23 fr. 67. Dem. 47, 28. — 44, 59 nunc Cobetus *ἐπί* delens temptavit in misc. 568.

prohoemi emblema (§. 1 extr.) detexit Vsener Mus. Rhen. 25, 592.

15, 271. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔνεστιν ἐν τῇ φύσει τῇ τῶν ἀνθρώπων ἐπιστήμην λαβεῖν. Cum Atticis aut ἔνεστιν αὐτῷ ποιεῖν aut ἔνεστιν ἐν αὐτῷ τὸ ποιεῖν (§. 309) dicere in usu esset, restituerim ἔνεστι τῇ φύσει[1]).

19, 44. καὶ γὰρ εἰ μὲν εἰς τὸν οἶκον τὸν ἐμὸν δεδωκὼς ἦν τὴν οὐσίαν, τοῦτ' ἂν ἐπιτιμᾶν εἶχον αὐτῷ· — εἶχον nullo alio modo explicari potest nisi ad Thrasylochi propinquos refertur, sed agi de Thrasyllo, Thrasylochi patre, verbis antecedentibus οἶμαι γὰρ ἂν αὐτὸν κτλ. probatur, qua de causa εἶχεν rescribo.

Simile mendum detexisse mihi videor Isae. 11, 27; nam quamquam orator in tota oratione modo de tutore, modo de tutore simul eiusque pupillo verba faciens saepe numerum variat, in § tamen 27 προςποιεῖται τοίνυν οὗτος (ἐπειδὴ τοῦτ' εἰκότως ἂν θαυμάζοιτε, ὅτι τοῦ ἡμικληρίου τότε τὴν δίκην οὐκ ἐλάγχανον) non ἐλάγχανον, sed ἐλάγχανεν mihi scripsisse videtur, cum similis variationis exemplum me legere non meminerim.

epist. 4, 12 τῆς εὐνοίας τῆς περὶ ἡμᾶς ἣν ἔχων ἅπαντα τὸν χρόνον διατετέλεκα. Estne Atticum εὔνοια περί τινα? nisi fallor, omnes dicunt εἰς vel πρός τινα idque Iscorati reddiderim.

5.

Agmen claudat Isaeus, qui paene neglectus iacet. Statim in primo versu offendo: πολλὴ μὲν ἡ μεταβολή μοι γέγονεν,

---

1) data occasione locum Dinarcheum corrigam. 2, 10 legitur εἰ ἦν ἕτερός τις τόπος ἵνα ἐξῆν ἀπάγειν τοὺς ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου κλέπτοντας, at non quo liceret, sed quo δυνατὸν ἦν; rescribo igitur ἵνα ἐνῆν· (idem mendum nuper Herwerdenus Dem. 34, 5 correxit); nam ἔνεστι quid est nisi δυνατόν ἐστι? (cf. exempli causa Isae. 11, 20. 21.) Quam ob rem Dem. 57, 24 πῶς ἔνεστιν ἢ πῶς δυνατόν; mihi de interpolatione suspectum est.

ὦ ἄνδρες, τελευτήσαντος Κλεωνύμου· ἐκεῖνος γὰρ ζῶν μὲν ἡμῖν κατέλιπε τὴν οὐσίαν; nam si accurate ubi orator pronominis primae personae singularem, ubi pluralem adhibuerit perlustraveris (cf. velim 6 μοι δοκοῦμεν, ἀγωνίζομαι, 8 οἶμαι - ἄρξομαι. 9 ἐμὸν ἔργον ἐστὶ κατηγορεῖν, μεμψαίμην, 15 παρέξομαι 16 λέγω - κάλει μοι, 17 ἡγοῦμαι - βούλομαι. 24 εἶναί μοι δοκεῖ 31 ἐρῶ 32 λέγω, ubique igitur ubi plur. numerus vix adhiberi poterat) si hunc usum cognoveris, te non negaturum credo scribendum esse μεταβολὴ ἡμῖν, quae mutatio non admodum difficilis est [1]).

2, 13 Cobetus, qui de prima et altera Isaei orationibus optime meritus est, in verbis (ὁ νόμος) ὃς κελεύει τὰ ἑαυτοῦ ἐξεῖναι διαθέσθαι ὅπως ἂν ἐθέλῃ componi nullo modo posse κελεύειν et ἐξεῖναι contendens in Mnem. 11, 127 proponensque διαγορεύει (simili modo mutat 10, 10) errasse videtur. Nam Graeci dicebant ὁ νόμος κελεύει et νόμος ἐστὶν ἐξεῖναι διαθέσθαι, quae locutiones ita coniungebantur ut ὁ νόμος κελεύει ἐξεῖναι διαθέσθαι in usum veniret, κελεύειν verbi vi debilitata, id quod nos „verordnen" dicimus. Recte me haec disputasse docet locus qui legitur Isae. 10, 13 κελεύει ὁ νόμος κύριον εἶναι δοῦναι ὅτῳ βούλοιτο, neque quisquam offendit in Lys. 22, 5 Xen. hist. Graec. 5, 2, 30 (hypoth. ad Dem. 37, p. 965, 14); Dem. 23, 122 [2]).

Quid quod Isae. 10, 2 ὁ γὰρ νόμος κελεύει τὰ μὲν ἑαυτοῦ διαθέσθαι ὅτῳ ἂν ἐθέλῃ, τῶν δὲ ἀλλοτρίων οὐδένα κύριον πεποίηκε inserendum esse aliquis suspicetur ἐξεῖναι? nam licebat Atheniensibus testamentum facere, verum cogi non poterant; sed hic quoque verbi vis debilitata est, cf. 3, 58 ὁ δὲ νόμος πέντε ἐτῶν κελεύει δικάσασθαι τοῦ κλήρου. Sed hoc ipso loco facillima [3]) mutatione *ΟΤΩΙ* in *ΟΓΩΣ*

1) Dem. 556, 13 pro ἐμοῦ exhibent ὑμῶν SFV, 626, 26 ἀκούσῃ μου SFO, ἡμῶν ἀκούσῃ volg.

2) eodem modo nos loquimur „Solon hatte verordnet jeder bürger solle berechtigt sein" (usus sum verbis Frohb., quae leguntur in introductione ad Lys. 30).

3) *Γ* et *Τ* saepissime confunduntur, neque minus raro *Ι* et *Σ*,

corrigendum erit, dicebatur enim δοῦναι ὅτῳ Is. 9, 11. 13. 10, 13 Dem. 20, 102 Plat. legg. 922 D Plut. Sol. 22[1]) διαθέσθαι ὅπως Is. 2, 13. 3, 68 Lys. 13, 41. Dem. 46, 14. 44, 68 Xen. inst. Cyr. 5, 2, 7. Arist. av. 441 Plat. legg. 923 A[2]).

Is. 2, 16. τοὺς φράτερας καὶ τοὺς ὀργεῶνας καὶ τοὺς δημότας παρέξομαι μάρτυρας transponas velim τοὺς φράτερας καὶ τοὺς δημότας καὶ τοὺς ὀργεῶνας cf. 14. 17. 45[3]).

Is. 2, 29. ἔδοξεν ἡμῖν χρῆναι — ἐπιτρέψαι τῷ τε κηδεστῇ τῷ τούτου καὶ τοῖς φίλοις διαιτῆσαι. Viri docti dissentiunt, utrum ubique ἐπιτρέπειν δίαιταν scribendum sit an etiam ἐπιτρέπειν διαιτᾶν recte dicatur. Vbique δίαιταν corrigendum esse censet Cobetus var. lect. 252 Mnem 11, 141, διαιτᾶν novissimus defendit nitens in loco quem exscripsi Frohb. ad Lys. 32, 2 in app. crit. Manifestum est codicum lectionibus nihil demonstrari posse, sed circumspiciendos esse locos, ubi aut ad δίαιταν additus sit articulus aut alius temporis infin. legatur; τὴν δίαιταν legimus Dem. 34, 44. 40, 43 Isocr. 18, 14, διαίτας ἐπιτρ. [Plat.] anter. 138 E, διαιτῆσαι uno Isaei loco. Quanto igitur Isaei libris meliores sunt codices Dem. Isocr. Platonis, tanto firmioribus fundamentis Frohbergero Cobetus nititur,

---

cf. si tanti est Theogn. 1051, ubi βαθείης pro βαθείῃ in optimo codice legitur.

1) cf. etiam Theogn. 919 δόμεν ῷ κ' ἐθέλῃ τις recte Bk. secutus Bergkius, ωκεθέλη A ὥς κεθέλει O.

2) coniungitur quantum scio διαθέσθαι cum dat. praeterea duobus locis Isocr. 19, 43 γενέσθαι διαδόχους τῆς κληρονομίας μὴ ταύτην ἀλλ' οἷς ἐκεῖνος διέθετο et Isae. 7, 1 εἴ τις τελευτήσειν μέλλων διέθετο εἴ τι πάθοι τὴν οὐσίαν ἑτέρῳ, qui nescio an corrigendi sint. Loco Isocr. in promptu est οὓς scribere, apud Isaeum ἑτέρῳ facile carerem, cum ne in praecedente quidem membro εἴ τις αὐτὸς ζῶν ἐποιήσατο καὶ ἀπέδειξε obiectum orator addat.

3) cf. velim etiam Dem. 57, 24 συγγενῶν καὶ φρατέρων καὶ δημοτῶν καὶ γεννητῶν et φράτερσι, συγγενέσι, δημόταις, γεννήταις, ubi nescio an συγγενέσι, φράτερσι transponendum sit, cf. Isae. 6, 64. 9, 8 — 6, 10.

quia in iure Attico dictiones immutatae et constantes sunt. Quod cum ita sit, quem admodum Isaei locus corrigendus sit quaeritur. Cobetus *δίαιταν* proposuit, sed verbum deleri mihi lenior videtur medicina, quia facillime ad marginem scribi potuit, cum hic ipse infinitivus paucos versus infra legatur. Cum Cobeto facerem, si *διαιτῆσαι* eodem brevi intervallo praeiret, ut librarium aor. inf. memoria tenentem oblato *ΔΙΑΙΤΑΝ* verbo *διαιτῆσαι* scripsisse veri dissimile non videretur.

Is. 3, 25. *Νικόδημος οὑτοσὶ ἕνα μόνον μάρτυρα παρακαλέσας μεθ' ἑαυτοῦ τῷ τὸν τριτάλαντον οἶκον κεκτημένῳ ἐγγυῆσαί φησι τὴν ἀδελφήν· μεθ' ἑαυτοῦ* verba, in quibus nemo adhuc offendit, me non intellegere profiteor quo modo tolerari possint, nisi forte quem ad modum *ἕπεσθαι, ἀκολουθεῖν μετά τινος*, similiter *παρακαλεῖν μεθ' αὐτοῦ* usurpari potuisse putandum erit; sed cum illa verba sint intransitiva, *παρακαλεῖν* trans., eiusmodi explicatio nihili esse videtur. Accedit quod apud scriptores Atticos nusquam ad *παρακαλεῖν* simile quid additum est. Quae cum ita sint, *μεθ' ἑαυτοῦ* delenda esse censeo; sed quo modo in oratoris verba inrepserunt? scripserat sciolus grammaticus supra

ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ

versum *παρακαλέσας*, cf. §. 22.

Fortasse simile interpretamentum invenitur 7, 15 *οὕτω δ' ἐπείσθη ταῦτα ποιῆσαι διὰ ταχέων ὥστ' εὐθέως με λαβὼν ᾤχετ' ἔχων πρὸς αὐτόν*, nam quamvis *λαβὼν ἔχω* saepius legatur tamen *λαβὼν ἔχων* coniunctio durior esse videtur alienaque ab oratoribus; cf. Lys. 3, 10. 32, quibus exemplis si quid tribuendum est *ἔχων* deleverim. Scripserat igitur nescio quis *ἔχων* super *λαβὼν ᾤχετο.*

3, 32 *Φίλην ὁ ἀνὴρ ὄνομα ἐπεγράψατο εἶναι αὐτῇ.* Cobetus in Mnem. 11, 115 requirit *Φίλαν*, at cf. Kumanudis conl. titul. funebr. 717. 1157. 1659. 2772. 3416, ubi *Φίλη* est, contra 1262. 1994 tantum *Φίλα* legitur.

3, 45 *τὴν ἐκ τῆς ἐγγυητῆς τῷ Πύρρῳ γεγενημένην ὡς*

ἐξ ἑταίρας ἐκείνῳ οὖσαν ἐγγυᾶσθαι, scribendum est οὖσαν ἐκείνῳ ἐγγυᾶσθαι, cf. 48. 70. 52. 55. 71.

4, 18 ἤδη γάρ τινες οὐκ εὖ διακείμενοι τοῖς συγγενέσιν ὀθνείους φίλους τῶν πάνυ σφόδρα προςηκόντων περὶ πλείονος ἐποιήσαντο, νῦν δὲ οὔτε συσσίτους οὔτε φίλους οὔτ' ἐν τάξει τῇ αὐτῇ. Iam dudum in φίλους verbo offendi, cum oratorem a maiore ad minus descendere intellexissem; quam ob rem haud scio an οὔτε φίλους verba delenda sint, sed fieri potest ut aliud verbum suo loco remotum sit, fortasse συσκήνους, cf. Lys. 13, 79.

4, 25 κατὰ δόσιν γὰρ ἔχοντος τοῦ ἐπιδεδικασμένου τί φανοῦνται λέγοντες οἱ κατὰ τὸ γένος λαγχάνοντες; Miror quod editores τό articulum, qui abest ab optimo codice Apr. m. non deleverunt; dicendum erat aut κατὰ τὴν δόσιν — κατὰ τὸ γένος cf. 15. 24. 9, 8. 11, 25 aut κατὰ δόσιν — κατὰ γένος (22).

4, 26 παρέσχοντο δ' ὑμῖν μάρτυρας πρῶτον μὲν ὡς ἀνεψιοί εἰσιν ἐκ πατραδέλφων Νικοστράτου, ἔπειτα δὲ ὡς οὐδεπώποτε ἐκείνῳ διάφοροι ἦσαν, ἔτι δὲ καὶ ὡς ἔθαψαν Νικόστρατον, πρὸς δὲ τούτοις ὡς Χαριάδης οὑτοσὶ οὐδαμῶς οὔτ' ἐνθάδε οὔτ' ἐπὶ στρατεύματι ἐχρῆτο Νικοστράτῳ, ἔτι δὲ καὶ τὴν κοινωνίαν ᾗ μάλισθ' οὗτος ἰσχυρίζεται ψευδῆ οὖσαν. Nihil adnotat Schoemannus quomodo locum defendi posse putet neque scio an nihil habuerit; nam ubique μαρτυρεῖν verbum et μάρτυρας παρέχεσθαι excipiuntur vel ὡς particula vel ὅτι, nusquam participio[1]. — Sed fac structuram παρέσχοντο μάρτυρας τὴν κοινωνίαν ψευδῆ οὖσαν tolerari posse, quominus orator cum quattuor enuntiata ὡς part. adiuncta praecedant participium subiungere possit obstat aequabilitas; nam quis est qui credat eum ut variaret participium adhibuisse? neque vero in eiusmodi enume-

1) μαρτυρεῖν admodum raro cum infin., semel ni fallor cum part. coniungitur, [Lys.] 20, 11 μαρτυρησάτω ὡς ἀναγκαῖον ὄντα Φρυνίχῳ, quem tamen locum post Dobraeum non immerito sollicitavit Rauch. in Fleck. ann. 113, 881.

rationibus oratores mutare solent structuram, cf. 1, 25. 2, 33. 10, 7 Dem. 57, 46. Accedit quod *ἔτι δὲ* post *ἔτι δέ* — *πρὸς δὲ τούτοις* non bene repetitur [1]). Sed quomodo locus corrigendus sit ambigo: cogitavi de extremis verbis delendis, cum nihil fere novi addatur, sed obstant verba *ᾗ μάλισθ' οὗτος ἰσχυρίζεται* quae qui orta sint non video, nunc puto in *ἔτι* latere *ἐπιδεικνύναι* verbum vel *ἐπιδείξαντες* (scil. *οὗτοι*) vel *ἐπιδείξαντας* (*μάρτυρας*) *δὲ καὶ* vel *ἐπέδειξαν δὲ καί*, sed nihil admodum placet videantque doctiores.

Is. 5, 7. *φάσκων ἐφ' ὅλῃ ποιηθῆναι υἱὸς ὑπὸ τοῦ θείου* „ex formula dictum (scil. *οὐσίᾳ*) quamquam alterum huius exemplum quod quidem ego sciam non extat" Schoem. Et certe mirum esset, si aliter res se haberet; semper enim dicitur *ἐφ' ἅπαντι τῷ κλήρῳ* cet., ut hic quoque substantivum omissum esse censeam; conicio *ἐφ' ὅλῃ* ⟨*τῇ οὐσίᾳ*⟩ quod legitur in argumento, quod cum totum ex oratione sumptum sit, etiam in oratione ipsa hanc formulam infuisse verisimilius fit.

5, 32 *καὶ οἱ διαιτηταὶ ἔφασαν* — *ἀνακρίναντες δὲ ἡμᾶς πολλάκις καὶ πυθόμενοι τὰ πραχθέντα οἱ διαιτηταὶ οἱ μὲν δύο κτλ.* Quamquam Isaeum nonnumquam iusto verbosiorem esse negari non potest, hoc tamen loco num *οἱ διαιτηταί* bis scripserit valde dubito, nam praeterquam quod minime necessarium alterum est, non post *πραχθέντα* sed post *πολλάκις* poni debebat, cf. velim e. c. 22. 25. 3, 3. 14. 17. 7, 10.

5, 36 *οὔτ' αὐτὸς ἐτριηράρχησεν οὐθ' ἑτέρῳ συμβέβληκεν.* Activum *συμβάλλειν* contribuendi sensu longe rarissimum esse adnotans Schoemannus praeter Lyc. 59, quem locum ipse Bekkerum ex codicibus restituisse censet, nullum

---

1) quae Isaeus ausus sit dicere difficile est ad definiendum, sed ego non crediderim eum 8, 14 scripsisse *ἔπειτα δὲ φράτερας καὶ δημότας, ἔπειτα τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων*, quamvis *πρῶτον μὲν* — *ἔπειτα* — *ἔπειτα* saepius legi non ignorem (cf. 9, 36) sed non tam brevi intervallo. Corrigendum puto aut *εἶτα δὲ* — *ἔπειτα* aut *ἔπειτα δέ* — *ἔτι δέ* (cf. [Dem.] 1017, 22 ubi pro *ἔτι δὲ* A r exhibent *ἔπειτα*).

adfert exemplum neque ego me legere memini. Quam ob rem *συμβέβληκεν* corruptum ratus conicio *συμβεβλημένος*, ita ut *αὐτός* — *ἑτέρῳ συμβεβλημένος* sibi respondeant. Sed si quis *συμβέβληται* malit, ego non contradicam, memor — *κεν* et — *ται* terminationes saepius confusas esse, vide Alcidamantis qui fertur Vlixes 7, ubi *ὑφήρηται A B*, *ὑφήρηκεν* volg.

6, 14 *ἢ ἐγγυηθεῖσαν κατὰ νόμον ἢ ἐπιδικασθεῖσαν* miror quod nemo post Schoemannum eius qui codicem Vratislaviensem scripsit coniecturam, in quam ipse incidi, *κατὰ τὸν νόμον* recepit; coniectura quidem est sed quae mihi videatur certa, cf. 3, 69. 6, 3. 12. 42. 7, 22. 9, 33. 10, 12. 3, 67. 9, 2 [1]).

7, 29. *ἔχθρας μὲν παλαιᾶς αὐτῷ πρὸς τούτους οὔσης, φιλίας δὲ πρὸς ἡμᾶς καὶ συγγενείας.* Quod Reiskius coniecit *συγγενείας καὶ φιλίας* rectius videtur quam quod Scheibius scripsit *εὐμενείας*, quod de hominibus dici non crediderim, cf. Cob. ad Hyp. orat. fun. 16. 19. Possis *εὐεργεσίας* cf. 36 *φίλος καὶ εὐεργέτης*, sed lectio tradita defenditur loco Dem. 29, 65 *ὥσπερ ἔχθιστοί τινες, ἀλλ' οὐ φίλοι καὶ συγγενεῖς καταλειφθέντες.*

8, 6 *ἐπειδὰν δὲ ταῦτα φανερὰ καταστήσω, τόθ' ὡς καὶ κληρονομεῖν μᾶλλον ἡμῖν ἢ τοῦτον προςήκει τῶν Κίρωνος χρημάτων· ὅθεν οὖν ἤρξαντο περὶ αὐτῶν, ἐντεῦθεν ὑμᾶς κἀγὼ πειράσομαι διδάσκειν.* Non solum cum Scheibio *ἢ τούτοις* scribendum esse censeo (cf. 31. 45), sed etiam ut *κἀγώ* docet post *οὖν* inserendum *οὗτοι*, quod Schoemannus sensisse videtur vertens: „ich werde dartun, dass ich ein groesseres anrecht auf das vermoegen des Kiron habe als meine gegner; wovon nun d i e s e zuerst gesprochen haben" cet.

8, 14. *τίνας εἰκὸς εἰδέναι τὰ παλαιά; δῆλον ὅτι τοὺς χρωμένους τῷ πάππῳ· μεμαρτυρήκασι τοίνυν ἀκοὴν οὗτοι.*

---

1) cum ubique etiam *κατὰ τοὺς νόμους* 2, 1. 2. 13. 39. 47. 3, 4. 12. 39. 74. 4, 17. 6, 65. 7, 3. 18. 26. 11, 6. 10 legatur, recte Schoemannus 3, 70 articulum inseruit.

τίνας εἰδέναι τὰ περὶ τὴν ἔκδοσιν τῆς μητρὸς ἀνάγκη; — τίνες δὲ οἱ τρεφομένην ἔνδον καὶ θυγατέρα οὖσαν εἰδότες γνησίαν Κίρωνος; Qui §. 28 *πόθεν χρὴ πιστεύεσθαι τὰ εἰρημένα; — πόθεν δὲ τοὺς μάρτυρας; — πόθεν δ' ἀπιστεῖν τοῖς τούτων λόγοις;* et fr. 23 (Scheib.) contulerit cum nostro loco, ei non dubium erit, quin scribendum sit *τίνας ⟨δ'⟩ εἰδέναι τὰ περὶ τὴν ἔκδοσιν*, ut iam Reiskium [1]) coniecisse video.

9, 4. *τὸν ἐμὸν πατέρα ἀσθενοῦντα ἐπὶ τὸ μνῆμα ἤγαγον εὖ εἰδότες ὅτι ἀσπάζοιτο αὐτὸν Ἀστύφιλος.* Recte Hirschigius in *ἀσπάζοιτο* verbo offendit, sed propius a litteris traditis quam *ἠσπάσατο* quod Scheibius probavit abest *ἠσπάζετο.* Addo *ἠσπάσατο* multo rarius quam *ἠσπάζετο* legi.

Argum. ad or. 10, v. 20. *ἔτι δὲ παῖς ὢν ἐκεῖνος τελευτῶν κληρονόμον κατὰ διαθήκας ἐνεστήσατο τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Ξεναίνετον.* Ad verba *παῖς ὢν* adnotant Turicenses: „male cf. §. 22" rectissime, sed vitium etiam eius qui prohoemium scripsit inscitiam superare videtur, qui testamentum facere puero non licuisse tanto minus videbitur ignorasse, quod ea ipsa lex §. 10 adfertur. Quam ob rem facillima mutatione corrigo *ἔτι δ' ἄπαις ὤν.* — Idem vitium correxit Wolfius apud Dem. p. 1085, 13. fluctuant libri p. 567, 24, *ἄπαιδα* pro *παῖδα* traditum est Is. 10, 26, quod vitium sanavit Meutzner in act. soc. Graec. 2, 142.

---

1) idem ad 4, 4 *οὐδὲν ἂν ἔδει ὑμᾶς σκέψασθαι ἀλλ' εἴ τι διέθετο ἐκεῖνος* adnotat: „dixissent Lysias atque Demosthenes *ἀλλ' ἢ εἰ* (sic) nihil aliud — num autem Isaeus hoc an illo modo scriptum reliquerit, ecquis certo definiet"? Sed spectanti mihi exempla 2, 25 (ubi aut cum Bk. *οὐκ ⟨ἂν⟩* aut cum Cob. *οὐδὲν ⟨ἂν⟩* scribendum est) 5; 23. 6, 30. 9, 1. 24. 11, 15. 12, 7 et reputanti Isaei *λέξιν* Lysiacae simillimam esse teste Dionysio Hal. scripsisse videtur *ἀλλ' ⟨ἢ⟩ εἰ.*

SCRIPTOR DE VITA SVA.

Natus sum Carolus Fuhr Bueckeburgensis a. h. s. LIII, Idibus Sextilibus Guilelmo patre matre Carolina e gente Bergmanniana, quam ante hos sex annos praematura morte mihi ereptam ésse magnopere doleo; fidei addictus sum evangelicae. Litterarum elementis imbutus ab a. LXIV patriae urbis gymnasium, quod tum florebat auspiciis Fr. Guil. Burchardi, viri humanissimi optimeque de me meriti, per octo annos frequentavi. A. LXXII vere Halas me contuli, LXXIII autumno Lipsiam concessi ibique per annum commoratus academiae Fridericiae Guilelmiae Rhenanae civibus academicis adscriptus sum. Docuerunt me: Bernhardy, Droysen, Gosche, Haym, Keil, Matz, Pott, R. Schoene, Schlottmann, Zacher Halenses; Ahrens, Curtius, Fritzsche, Ritschl, Voigt, Zarncke Lipsienses; Buecheler, Meyer, Ritter, Schaefer, Sybel, Vsener Bonnenses. Buecheleri et Vseneri egregia erga me benevolentia mihi contigit, ut philologorum, Menzeli Ritteri Schaeferi, ut historicorum seminarii per biennium sodalis essem ordinarius utque exercitationibus interessem palaeographicis Voigt, epigraphicis Buecheler benignissime permiserunt. Quibus viris omnibus gratias ago quam maximas, praecipue vero pio gratoque animo semper colam cum Schaeferum tum Buechelerum et Vsenerum.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

1. Theogn. 884 scribo: θωρηχθεὶς δ' ἔσσῃ πολλὸν ἐλαφρότερος.
2. C. I. A. 42, cuius frustula c et b Kirchhoffius perperam composuisse videtur, c v. 16 μαχος, Γαιτέας lego.
3. Neque ex libro Parisino Platonico qui D littera signatur 𝔭 neque ex 𝔭 descriptus est K, ut statuit Schanzius Herm. 11, 113.
4. Lectiones quas nuper Aem. Rosenbergius ex Aldina Hamburgensi publici fecit iuris congruunt cum eis, quas Sluiter in lect. Andoc. ex Aldina quae servatur Lugduni Batavorum publicaverat, et ex Leidensi in Hamburgensem transscriptae videntur.
5. Hyper. orat. fun. 4, 8 non cum Buechelero (in Fleck. ann. 111, 309) γενέσεως καὶ ζφῆς καὶ τροφῆς scribo, sed γενέσεως καὶ αὔξης καὶ τροφῆς, cf. Plat. in rep. 509 B.
6. Anaxim. 10, 5 Speng. transponendum est τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ῥᾴδιον καὶ τὸ δυνατόν.
7. Arrian. exped. Alex. 6, 23, 2 corrigo Θόαντα τὸν Μανοδώρου.
8. Liv. 23, 23—24, 10 et 38—39, 5 Valerium Antiatem auctorem secutus est.
9. Liv. 42, 13 confudit et miscuit omnia in Aetolia Perrhaebiaque scribendum videtur.

10. Curtius, qui unum secutus esse auctorem falso putatur, nonnullas res Arriano rectius enarrat.

11. Curt. 4, 1, 35 Antigonus praetor Alexandri Lydiae praeerat liberarii errore scriptum est, corrigo Phrygiae.

12. Schol. ad Iuv. 4, 89 conicio: nunquam voluntatibus Neronis obstitit.